

Del collegio de la Comp. de Jesus de J. J.


R. 3000

Tomus Quintus

D. THOMAE AQUINATIS
DOCTORIS ANGELICI,
COMPLECTENS EXPOSITIONEM,

In Decem libros Ethicorum, et
In Octo libros Politicorum.
ARISTOTELIS.

*Quibus adiecta est eorumdem Politicorum antiqua interpretatio, per sectiones propriis
restituta locis, quam D. Thomas olim exponendo sequutus est.*



*Del Collegio de la Comp. de Jesus de J. J.
de Granada*

2 400 40 *Stella* MADE IN JAPAN



R O M A E M. D. LXX.

del collegio de la Comp. de Jesus y J. R. 3000 1/2

Tomus Quintus

D. THOMAE AQVINATIS
DOCTORIS ANGELICI,
COMPLECTENS EXPOSITIONEM,

In Decem libros Ethicorum, et
In Octo libros Politicorum.
ARISTOTELIS.

Quibus adiecta est eorundem Politicorum antiqua interpretatio, per sectiones proprias
restituta locis, quam D. Thomas olim exponendo sequutus est.

del Colegio de la Comp. de Jesus
de Granada



R O M A E M. D. LXX.

1

D I V I
T H O M A E A Q V I N A T I S
D O C T O R I S A N G E L I C I

I N D E C E M L I B R O S E T H I C O R V M A R I S T O T E L I S

A D N I C O M A C V M , E X P O S I T I O .

L E C T I O P R I M A .



I c v t dicit Philosophus in principio Metaphysicæ. Sapientia est ordinare, cuius ratio est, quia sapientia est potissima perfectio rationis, cuius proprium est cognoscere ordinem. Nam & si vires sensitiuæ cognoscant res aliquas absolute, ordinem tamen vnius

rei ad aliam cognoscere, est folius intellectus, aut rationis. Inuenitur autem duplex ordo in rebus. Vnus quidem partium alicuius totius seu alicuius multitudinis adinuicem, sicut partes domus adinuicem ordinantur. Alius est ordo rerum in sinem. Et hic ordo est principalior, quam primus. Nam vt Philosophus dicit in vndecimo Meta. Ordo partium exercitus adinuicem, est propter ordinem totius exercitus ad ducem. Ordo autem quadrupli-

citer ad rationem comparatur. Est enim quidam ordo quem ratio non facit, sed solum considerat, sicut est ordo rerum naturalium. Alius autem est ordo, quem ratio considerando facit in proprio actu, puta cum ordinat conceptus suos adinuicem, & signa conceptuum, quæ sunt voces significatiuæ. Tertius autem est ordo, quem ratio considerando facit in operationibus voluntatis. Quartus autem est ordo, quem ratio considerando facit in exterioribus rebus, quarum ipsa est causa, sicut in archa & domo. Et quia consideratio rationis per habitum perficitur, secundum hos diuersos ordines quos proprie ratio considerat, sunt diuersæ scientiæ. Nam ad philosophiam naturalem pertinet considerare ordinem rerum, quem ratio humana considerat, sed non facit, ita quod sub naturali philosophia comprehendamus & metaphysicam. Ordo autem quem ratio considerando facit in proprio actu, pertinet ad rationalem philosophiam, cuius est considerare ordinem partium orationis adinuicem, & ordinem principiorum adinuicem & ad conclusiones. Ordo autem actionum voluntariarum pertinet ad considerationem moralis philosophiæ. Ordo autem quem ratio considerando facit in rebus exterioribus constitutis per rationem humanam, pertinet ad artes mechanicas. Sic ergo moralis philosophiæ, circa quam versatur præsens intentio, proprium est considerare operationes humanas, secundum quod sunt ordinatæ adinuicem, & ad sinem. Dico autem operationes humanas, quæ procedunt a voluntate hominis secundum ordinem rationis. Nam si quæ operationes in homine inueniuntur, quæ non subiacent voluntati & rationi, non dicuntur proprie humanæ, sed naturales, sicut patet de operationibus animæ vegetatiuæ, quæ nullo modo cadunt sub consideratione moralis philosophiæ. Sicut igitur subiectum philosophiæ naturalis est motus, vel res mobilis, ita subiectum moralis philosophiæ est operatio humana ordinata in sinem, vel etiam homo, prout est voluntarie agens propter sinem. Sciendum est autem, quod quia homo naturaliter est animal sociale, utpote qui indiget ad suam vitam multis, quæ sibi ipse solus preparare non potest, consequens est, quod homo naturaliter sit pars alicuius multitudinis, per quam præ-

A R I S T O T E L I S S T A G I R I T A E

P E R I P A T E T I C O R V M P R I N C I P I S

D E M O R I B V S .

A d N i c o m a c u m .

L I B E R P R I M V S .

A N T I Q V A
T R A N S L A T I O .



Mnis ars, & omnis doctrina, similiter autem & actus, & electio, bonum quoddam appetere videntur.

I O . A R G I R O P O L I
T R A N S L A T I O .



Mnis ars, omnisque doctrina atque actus, in idem & electio, bonum quoddam appetere videtur.

mus sufficere non potest, sed etiam quantum ad moralia, in quantum scilicet per publicam potestatem coercentur insolentes iuvenes metu penæ, quos paternum monitio corrigere non valet. Sciendum est autem, quod hoc totum, quod est ciuili multitudo, vel domestica familia, habet solam vnitatem ordinis, secundum quam non est aliquid simpliciter vni. Et ideo pars eius totius, potest habere operationem, quæ non est operatio totius, sicut miles in exercitu habet operationem, quæ non est totius exercitus. Habet nihilominus & ipsam totum aliquam operationem, quæ non est propria alicuius partium, sed totius, puta conflictus totius exercitus. et tractus nauis est operatio multitudinis trahentium nauem. Est autem aliquid totum, quod habet vnitatem non solum ordine, sed compositione, aut colligatione vel etiam continuitate, secundum quam vnitatem est aliquid vnum simpliciter, & ideo nulla est operatio partis, quæ non sit totius. In continuis enim, idem est motus totius & partis, & similiter in compositis, vel colligatis, operatio partis principaliter est totius, & ideo oportet, quod ad eandem scientiam pertineat talis consideratio & totius & partis eius. Non autem ad eandem scientiam pertinet considerare totum, quod habet solam ordinis vnitatem & partes ipsius. Et inde est, quod moralis philosophia in tres partes diuiditur. Quarum prima considerat operationes vnius hominis ordinatas ad sinem, quæ vocatur Monastica. Secunda autem considerat operationes multitudinis domesticæ, quæ vocatur Yconomica. Tertia autem considerat operationes multitudinis ciuili, quæ vocatur Politica. Incipiens igitur Aristoteles tradere moralem philosophiam a prima sui parte in hoc Libro, qui dicitur Ethicorum, id est moralium, præmittit præcæmum, in quo tracta facit. Primo enim ostendit de quo est intentio. Secundo modum tractandi, ibi. ¶ Dicitur autem vtiue sufficienter, & c. ¶ Tertio, qualis debeat esse auditor huius scientiæ ibidem. ¶ Vnusquisque autem bene iudicat & cætera. ¶ Circa primum duo facit. Primo præmittit quædam, quæ sunt necessaria ad propositum ostendendum. Secundo manifestat propositum, ibi. ¶ Si itaque est aliquis finis, & cætera. Circa primum Ethic. S. Tho. A duo

Leç. 1.

Leç. 2.

duo facit. Primo enim proponit necessitatem finis. Secundo, comparationem habituum, & actuum ad finem, ibi. Multis autem operationibus &c. Circa primum tria facit. Primo proponit quod omnia humana ordiantur ad finem. Secundo, diuersitatem finium ibi. Differentia vero finium &c. Tertio, proponit comparationem finium adiuuicem ibi. Quorum autem sunt fines, &c. Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo, manifestat propositum ibi. Ito bene enunciauerunt &c. Circa primum considerandum est, quod duo sunt principia humanorum actuum, scilicet intellectus seu ratio, & appetitus, quae sunt principia mouentia, ut dicitur in tertio de anima. In intellectu autem rem vel ratione consideratur speculatiuum & practicum. In appetitu autem rationali consideratur electio & executio. Omnia autem ista ordinantur ad aliquod bonum sicut in finem, nam verum est finis speculationis. Quantum ergo ad intellectum speculatiuum, ponit doctrinam, per quam transfunditur scientia a magistro in discipulum. Quantum vero ad intellectum practicum ponit artem, quae est recta ratio factibilium, ut habetur sexto huius. quantum vero ad actum intellectus appetitiui ponitur electio. quantum vero ad executionem ponitur actus. Non facit autem mentionem de prudentia, quae est in ratione practica sicut & ars, quia per prudentiam proprie dirigitur electio. Dicit ergo, quod singulorum horum manifeste appetit quoddam bonum tanquam finem. Deinde cum dicit. b ¶ Manifestat propositum per effectum boni. Circa quod considerandum est, quod bonum numeratur inter prima, adeo quod secundum Platonicos, bonum est prius ente. Sed secundum rei veritatem bonum cum ente conuertitur. Prima autem non possunt notificari per aliqua priora, sed notificantur per posteriora, sicut causae per proprios effectus. Cum autem bonum proprie sit motuum appetitus, desinitur bonum per motum appetitus, sicut solet manifestari vis motiua per motum. Et ideo dicit, quod Philosophi bene enunciauerunt bonum esse id, quod omnia appetunt. Nec est instantia de quibusdam, qui appetunt malum: quia non appetunt malum nisi sub ratione boni, in quantum scilicet, extirpant illud bonum, & sic intentio eorum per se fertur ad bonum, sed per accidens cadit supra malum. Quod autem dicit, Quod omnia appetunt, non est intelligendum solum de habentibus cognitionem, quae apprehendunt bonum, sed etiam de rebus carentibus cognitione, quae naturali appetitu tendunt in bonum, non quasi cognoscant bonum, sed quia ab aliquo cognoscente mouentur ad bonum, scilicet ex ordinatione diuini intellectus, ad modum quo sagitta tendit ad signum ex directione sagittantis. Ipsum autem tendere in bonum, est appetere bonum. Vnde & omnia dixit appetere bonum, in quantum tendunt ad bonum. Non autem est vnum bonum in quod omnia tendunt, ut infra dicitur. Et ideo non de scribitur hic aliquod bonum, sed bonum communiter sumptum. Quia autem nihil est bonum, nisi in quantum est quaedam similitudo & participatio boni summi, ipsum summum bonum quodam modo appetitur in quolibet bono. Et sic potest dici, quod verum bonum est, quod omnia appetunt. Deinde cum dicit. c ¶ Ostendit differentiam finium. Circa quod considerandum est, quod finale bonum in quod tendit appetitus vniuersi sequitur.

Tex. c6. 53.

Lea. 3.

ber, est vltima perfectio. Prima autem perfectio se habet per modum formae. Secunda autem per modum operationis. Et ideo oportet hanc esse differentiam finium, quod quidam fines sunt ipsae operationes, quidam vero sunt ipsae opera, id est operata quaedam, quae sunt praeter operationes. Ad cuius evidentiam considerandum est, quod duplex est operatio, ut dicitur in nono Meta. Vna quae manet in ipso operante, sicut videre, velle, & intelligere, & huiusmodi operatio proprie dicitur actio. Alia autem operatio transiens in exteriorem materiam, quae proprie dicitur factio. Quandoque enim aliquis exteriorem materiam assumit solum ad vsum, sicut equum ad equitandum, & cytharā ad cytharizandum. Quandoque autem allumunt materiam exteriorem, ut mutant eam in aliquam formam, sicut cum artifex facit domum aut lectum. Prima igitur & secunda operatio non habent aliquid operatum, quod sit finis, sed vtraque earum est finis. Prima tamē non bilior, quam secunda in quantum manet in ipso operante. Tertia vero operatio est sicut generatio quaedam cuius finis est res generata. Et ideo in operationibus tertii generis, ipsa opera sunt fines. Deinde cum dicit. d ¶ Ponit tertium dicens, quod in quibuscumque operata, quae sunt praeter operationes sunt fines, oportet quod in his operata sint meliora operationibus, sicut res generata est melior generatione. Nam finis est potior his, quae sunt ad finem. Nam ea, quae sunt in finem, habent rationem boni ex ordine ad finem. Deinde cum dicit. e ¶ Agit de comparatione habituum & actuum ad finem. Et circa hoc quatuor facit. Primo manifestat, quod diuersa ordinantur ad diuersos fines: et dicit, quod cum multae sint operationes & artes & doctrinae, necesse est quod earum sint diuersi fines, quia fines, & ea quae ad finem sunt, sunt proportionabilia. Quod quidem manifestat per hoc, quod artis medicinalis finis est sanitas, nauis autem vero nauigatio, militaris autem victoria, yconomica vero, id est dispensatiua domus, diuitiae: quae quidem dicit secundum multorum opinionem. Ipse autem probat in primo Politica, quod diuitiae non sunt finis yconomicae, sed instrumenta. Secundo ibi. f ¶ Ponit ordinem habituum adiuuicem. Contingit enim vnum habitum operatiuum, quem vocat virtutem, sub alio esse. Sicut ars quae facit frenā, est sub arte equitandi, quia ille, qui debet equitare, praecipit artifice qualiter faciat frenum. Et sic est architector, id est principalis artifex respectu ipsius. Et eadem ratio est de aliis artibus, quae faciunt alia instrumenta necessaria ad equitandum, puta sellas, vel aliquid huiusmodi. Equestris autem vltimus ordinatur sub militari. Milites enim dicebantur antiquitus non solum equites, sed quicumque pugnatores ad vincendum. Vnde sub militari non solum continetur equestris, sed omnis ars vel virtus ordinata ad bellicam operationem, scilicet sagittaria, fundularia, vel quaecumque alia huiusmodi, & per eundem modum aliae artes sub alijs. Tercio ibi. g ¶ Proponit ordinem finium, secundum ordinem habituum. Et dicit quod in omnibus artibus vel virtutibus, hoc communiter est verum, quod fines architecturarum sunt simpliciter quo ad omnes magis desiderabiles, quam fines artium vel virtutum, quae sunt sub principalibus. Quod probat per hoc, quod homines persequuntur.

T. com. 16.

Cap. 2. & 7

sequuntur, id est quærunt illa, id est fines inferiorum artium vel virtutum gratia horum, id est propter fines superiorum. Littera autem suspensiva est, & sic legenda. Quaecumque sunt talia, & sub vna quadam virtute, in omnibus itaque architectonicarum fines, & cetera. Quarto ibi. h ¶ Ostendit, non differre quantum ad ordinem finium, vtrum finis sit opus vel operatio. Et dicit, quod nihil differre quantum ad ordinem pertinet, quod fines earum sint operationes, aut aliquid operatum, aut praeter operationes, sicut apparet in praedictis doctrinis. Nam frequenter finis est operatum frenū, equestris vero, quae est principalior, finis est operatio, scilicet equitatio. Econtrario autem se habet in medicina li & in exercitativa. Nam medicinalis finis est aliquid operatum, id est sanitas. Exercitativa vero, quae sub ea continetur finis est operatio, id est exercitium.

LECTIO II.

Remissis his, quae sunt necessaria ad propositum ostendendum, hic accedit Philosophus ad manifestandum propositum, scilicet ad ostendendum, quid principaliter respiciat huius scientiae introitus. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit ex praemissis esse aliquem finem optimū in rebus humanis. Secundo, ostendit quod necessarium est habere cognitionem de ipso, ibi. Igitur ad vitam &c. Tertio, ostendit ad quam scientiam pertineat eius cognitio, ibi. Videbitur autem vtiq; principalissime. Circa primum vtiq; triplici ratione quatuor principalissimas, talis est. Quicumque finis est talis, quod alia volumus propter ipsum, & ipsum volumus propter seipsum, & non propter aliquid aliud, ille finis, non solum est bonus, sed est optimus, & hoc apparet ex hoc, quod semper finis cuius gratia alii fines queuntur, est principalior, ut ex praedictis patet, sed in rebus humanis necesse est esse aliquem talem finem. Ergo in rebus humanis est aliquis finis bonus & optimus. Minorem probat ratione ducente ad impossibile, quae talis est. Manifestum est ex praemissis quod vni finis propter aliam desideratur. Aut ergo est deuenire ad aliquem finem, qui non desideratur propter aliam, aut non. Si sic, habetur propositum. Si autem non est inuenire aliquem talem finem, sequitur quod omnis finis desideretur propter aliam finem. Et sic oportet procedere in infinitum. Sed hoc est impossibile, quod procedatur in finibus in infinitum, ergo necesse est aliquem esse finem, qui non sit propter alium finem desideratus. Quod autem sit impossibile in finibus procedere in infinitum, probatur etiam ratione, quae est ducens ad impossibile, hoc modo. Si procedatur in infinitum in desiderio finium, ut semper vni finis desideretur propter alium in infinitum, nunquam erit deuenire ad hoc quod homo consequatur fines desideratos. Sed frustra & vane, quis desiderat id quod non potest assequi; ergo desiderium finis esset frustra & vane. Sed hoc desiderium est naturale: dictum enim est supra, quod bonum est, quod naturaliter omnia desiderant. Ergo sequitur, quod naturale desiderium sit inane & vacuum. Sed hoc est impossibile. Quia naturale desiderium nihil est aliud, quam inclinatio inherens rebus ex ordinatione primi mouentis, quae non potest frustrari. Ergo impossibile est, quod in finibus pro-

cedatur in infinitum. Et sic necesse est esse aliquem finem vltimum, propter quem omnia alia desiderantur, & ipse non desideratur propter alia. Et ita necesse est esse aliquem optimum finem rerum humanarum. Deinde cum dicit. b ¶ Ostendit, quod huius finis cognitio, est homini necessaria. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quod necessarium est homini cognoscere talem finem. Secundo, ostendit quid de eo cognoscere oportet ibi. Si autem sit tentandum est, &c. Concludit ergo primo ex dictis, quod necessarium est homini, ex quo est aliquis optimus finis rerum humanarum cognitio eius, quia habet magnum incrementum ad vitam, id est, multum auxilium conferat ad totam vitam humanā. Quod quidem apparet, tali ratione. Nihil quod alterum dirigit potest homo directe assequi, nisi cognoscat illud, ad quod dirigendum est. Et hoc apparet per exemplū sagittatoris, qui directe emittit sagittam, attendens ad signum ad quod eam dirigit, sed tota humana vita oportet quod ordinetur in optimum, & vltimum finem humanae vitae. Necesse est ergo habere cognitionem de vltimo & optimo fine humanae vitae. Et huius ratio est, quia semper ratio eorum quae sunt ad

LECTIO II.

Gitur, si quisquam verum agendum est finis, quem nos propter seipsum, cetera autem propter hunc volumus, neque sit, ut omnia propter aliud expetamus (esse enim hoc modo sine ullo fine progressus, atque hinc noster appetitus inanis esset & uanus.) Constat hunc talem finem summum bonum ipsumque optimum esse.

Et ad humanam igitur vitam magnā huius cognitio opem affert. Nā, ut Sagittarii signum habentes, magis id quod oportet attingere possumus.

Quod si ita sit, enitendum est hunc ipsum figuram quid nam sit comprehendere, & cuius sit scientia vel facultas percipere.

Videbitur autem eius esse, quae maxime dominatur, maximeque rationē subit architecturae. Talem autem sese offert ipsa ciuiliū facultas.

finem, sumenda est ab ipso fine, ut etiam in Secundo Physic. probatur. Deinde cum dicit. c ¶ Ostendit, quid circa illum finem sit cognoscendum. Et dicit, quod ex quo sic est, quod cognitio optimi finis necessaria est ad vitam humanam, oportet accipere quae sit iste optimus finis, & ad quam speculatiuum scientiam vel practicum pertineat eius consideratio. Per disciplinas enim, intelligit scientias speculatiuas, per virtutes autem, scientias practicas: quia sunt aliarum operationum principia. Dicit autem, quod tentandum est determinare, ad insinuandum difficultatem, quae est in accipiendo vltimum finem in humana vita, sicut in considerando omnes causas altissimas. Dicit autem quod oportet illud accipere figuratim, id est verisimiliter, quia talis modus accipiendi conuenit rebus humanis, ut infra dicitur. Horum autem duorum, primum quod dicitur pertinere ad tractatum huius scientiae, quia talis consideratio est circa rem, de qua haec scientia considerat. Sed secundum pertinet ad prooemium, in quo manifestatur intentio huius doctrinae. Ideo statim consequenter cum dicit. d ¶ Ostendit, ad quam scientiam pertineat huius finis consideratio. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit rationem ad propositum ostendendum. Secundo, probat quoddam, quod supponerat ibi. Quas enim esse debet, &c. Primo ergo ponit rationem ad propositum, quae talis est. Optimus finis pertinet ad principalissimam scientiam, & maxime architectonicam. Et hoc patet ex his, quae supra praemissa sunt. Dicitur enim, quod sub scientia vel arte, quae est de fine conuenitur illae, quae sunt circa ea, quae sunt ad finem. Et sic oportet quod vltimus finis pertineat ad scientiam principalissimam, tanquam de fine primo & principalissimo existentem, & maxime architectonicam, tanquam praecipientem alijs quid oportet facere. Sed ciuiliū scientia videtur esse talis, scilicet principalissima, & maxime architectonica. Ergo ad eam pertinet considerare optimum finem. Deinde cum dicit.

T. c. 89.

C. 10. le. 2.

LECTIO II.

vtique est aliquis finis operabilium, quem propter seipsum volumus, alia vero propter illum & non omnia propter alterum desideramus, propter enim in infinitum, sicque esset vacuum & inane desiderium. Manifestū quoniam hic vtiq; erit bonus & optimus.

Igitur & ad vitam cognitio eius magnum habet incrementum, & quemadmodū sagittatores signum habentes: magis vtiq; adipiscemur quod oportet.

Si autem sic, tentandum est figuratim accipere illud, quid quidem est, & cuius disciplinae aut virtutum.

Videbitur autem vtiq; principalissime & maxime architectonica esse. Talis vtiq; & ciuiliū apparet.

Nihil. S. Tho. A 3. ¶ Probatur

e ¶ Probat quod supposuerat, scilicet quod ciuili sit talis. Et primo probat quod sit maxime architectonica. Secundo quod sit principalissima, ibi. ¶ Si enim idem est vni, &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo attribuit Politicam sive ciuilem, quae pertinet ad scientiam architectonicam. Secundo ex his concludit propositum ibi. ¶ Vtente autem hac, &c. ¶ Duo autem pertinent ad architectonicam. Quorum vnum est, quod ipsa praecipit scientiam vel arti, quae est sub ipsa, quae debeat operari, sicut equestris praecipit sive nescit. Aliud autem est, quod vnitur ea ad suum finem. Primum autem horum conuenit Politicam vel ciuilem, tam respectu speculatiuarum scientiarum, quam respectu practicarum, aliter tamen & aliter. Nam practicae scientiae praecipit Politicam, & quantum ad vsum eius ut operetur vel non operetur, & quantum ad determinationem actus. Praecipit enim fabro, non solum quod sua arte utatur, sed etiam quod sic utatur, tales cultellos faciens. Vtrumque ordinatum est ad finem humanae vitae. Sed scientiae speculatiuae praecipit ciuilem solum, quantum ad vsum, non autem quantum ad determinationem sui operis. Ordinatur enim Politicam, quod aliqui doceant vel addiscant geometriam. Huiusmodi enim actus in quantum sunt voluntarii, pertinent ad materiam moralem, & sunt ordinabiles ad finem humanae vitae. Non autem praecipit politicus geometriae, quae de triangulo concludat, hoc enim non subiacet humanae voluntati, nec est ordinabile humanae vitae, sed dependet ex ipsa rerum ratione. Et ideo dicit, quod Politicam praedonat quas disciplinarum debitum est esse in ciuitatibus, scilicet tam practicarum quam speculatiuarum, & quis quam debeat addiscere, & vsque ad quod tempus. Alia autem proprietas scientiae architectonicae, scilicet ut inferioribus scientiis pertinet ad Politicam solum respectu practicarum scientiarum, unde subdit, quod praecipit, id est nobilissimas virtutum, id est artium operatiuarum, videmus esse sub Politicam, scilicet militarem, & yconomicam, & rethoricam, quibus omnibus vtitur politica ad suum finem, id est ad bonum commune ciuitatis. Deinde cum dicit. ¶ Ex praemissis duabus concludit propositum. Et dicit. Cum Politicam vtitur reliquis practicae disciplinis, sicut supra dictum est. Et cum ipsa legem ponat quid oporteat operari, & a quibus abstinere, ut prius dictum est, conueniens est, quod finis humanus tanquam architectonica complectitur, id est sub se continet fines aliarum scientiarum practicarum. Unde concludit, quod scilicet finis Politicam est humanum bonum, id est optimum in rebus humanis. Deinde cum dicit. ¶ Ostendit, quod Politicam sit principalissima ex ipsa ratione proprii finis. Manifestum est enim quod vnaeque causa tanto prior est & potior, quanto ad plura se extendit. Unde & bonum, quod habet rationem causae finalis, tanto potius est quantum ad plura se extendit. Et ideo si idem bonum est vni homini & toti ciuitati, multo videtur maius & perfectius suscipere, id est procurare & saluare illud, quod est bonum totius ciuitatis,

LECTIO III.

Dicetur autem vtiueque suscipitur, si secundum subiectam materiam manifestetur. Certum enim non similiter in omnibus sermonibus quaerendum est, quemadmodum neque in conditis. Bona autem & iusta, de quibus ciuili intendit, tantum habet differentiam & errorem, ut videantur lege sola esse, natura vero

quam id, quod est bonum vni homini. Pertinet quidem ad amorem, qui debet esse inter homines, quod homo conferret bonum etiam vni soli homini. Sed multo melius & diuinius est, quod hoc exhibeatur toti genti & ciuitatibus. Vel aliquando amabile quidem est, quod hoc exhibeatur vni soli ciuitati, sed multo diuinius est, quod hoc exhibeatur toti genti, in qua multae ciuitates continentur. Dicitur autem hoc esse diuinius, eo quod magis pertinet ad dei similitudinem, qui est vltima causa omnium bonorum. Hoc autem bonum, scilicet quod est commune vni vel pluribus ciuitatibus, intendit methodus, id est quaedam ars, quae vocatur ciuili. Unde ad ipsam maxime pertinet considerare finem vltimum humanam vitam, tanquam ad principalem. Sciendum est autem, quod Politicam dicitur esse principalissimam, non simpliciter, sed in genere actiuarum scientiarum, quae sunt circa res humanas, quarum vltimum finem Politicam considerat. Nam vltimum finem totius vniuersi considerat scientia diuina, quae est respectu omnium principalissimam. Dicitur autem ad Politicam pertinere considerationem vltimi finis humanae vitae, de quo tamen in hoc libro determinatur, quia doctrina huius libri, continet prima elementa scientiae Politicam.

LECTIO III.

Dicetur autem satis, si declarabitur perinde atque subiecta materia postulat. Ipsum enim exactum non est in omnibus simili modo rationibus flagitandum. Sicut nec iuste, quae per artem conficiuntur. Honestam autem & iustam de quibus ciuili considerat, tantam differentiam erroremque habent, ut lege tantum esse videantur,

LECTIO III.

Quamquam Philosophus ostendit quid sit bonum, quod principaliter intenditur in hac scientia, hic determinat modum huius scientiae conuenientem. Et primo ex parte doctoris. Secundo auditoris ibi. ¶ Eodem autem vtiueque modo &c. ¶ Circa primum ponit talem rationem. Modus manifestandi veritatem in qualibet scientia, debet esse conueniens ei, quod subicitur sicut materia in illa scientia. Quae quidem manifestat ex hoc, quod certitudo non potest inueniri, nec est requirenda, similiter in omnibus sermonibus, quibus de aliquo re ratiocinamur. Sicut neque etiam in conditis, id est, his quae sunt per artem, non est similis modus operandi in omnibus, sed vnusquisque artifex operatur ex materia, secundum modum ei conuenientem, aliter quidem ex terra, aliter ex luto, aliter ex ferro. Materia autem moralis talis est, quod non est ei conueniens perfecta certitudo. Et hoc manifestat per duo genera, quae videtur ad materiam moralem pertinere. Primo namque & principaliter ad materiam moralem pertinet opera virtuosa, quae vocat hic iusta, de quibus principaliter intendit ciuili scientia. Circa quae non habetur certa sententia hominum, sed magna differentia est in hoc, quod homines de iis iudicant. Et in hoc multiplex error contingit. Nam quaedam, quae a quibusdam reputantur iusta & honesta, a quibusdam reputantur iniusta & inhonesta, & differentiam temporum, & locorum, & personarum. Aliquid enim reputatur viti osum vno tempore, aut in vna regione, quod in alio tempore, aut in alia regione, non reputatur vitiosum. Et ex ista differentia contingit quosdam opinari, quod nihil est natura-

lect. 1.

liter iustum vel honestum, sed solum secundum legis positionem. De qua quidem opinione plenius ager in secundo huius. Secundo autem ad materiam moralem pertinent bona exteriora, quibus homo vtitur ad finem. Et circa etiam ista bona contingit inuenire praedictum errorem, quia non semper eodem modo se habent in omnibus. Quidam enim per ea iuuantur, quibusdam vero, ex ipsis proueniunt detrimenta. Multi enim homines occasione suarum diuitiarum perierunt, utpote a latronibus interfecti. Quidam vero occasione suae fortitudinis corporalis, ex cuius fiducia incaute se periculum exposuerunt. Et sic manifestum est, quod materia moralis est varia & difformis, non habet omnimodam certitudinem. Et quae secundum artem demonstrat scientiam, oportet principia esse conformia conclusionibus, amabile est & operabile, de talibus id est tam variabilibus tractatum facientes, & ex similibus procedentes, ostendere veritatem: primo quidem grosse, id est applicando vniuersalia principia, & simpliciter ad singularia, & composita, in quibus est actus. Necessarium est enim in qualibet operatiua scientia ut procedatur modo composito. E contrario, in scientia speculatiua, necesse est ut procedatur modo resolutorio, resoluendo composita in principia simplicia. Deinde oportet ostendere veritatem figuratim, id est verisimiliter, & hoc est procedere ex propriis principis huius scientiae. Nam scientia moralis est de actibus voluntariis, voluntatis autem motuum est, non solum bonum, sed apparet bonum. Tertio oportet ut cum dicitur finis de his, quae vt frequentius accidunt, id est de actibus voluntariis, magis ad vnum, quam ad aliud, vt etiam ex talibus procedamus vt principia sint conclusionibus conformia. Deinde cum dicit. ¶ Ostendit, quod auditorem oportet acceptare in moralibus praedictum modum determinandi. Et dicit, quod debitum est, quod vnusquisque recipiat vnumquodque, quod sibi ab alio dicitur. Eodem modo, id est secundum quod conuenit materiae. Quia ad hominem disciplinatum, id est bene instructum pertinet, vt tunc certitudinis quaeratur in vnaeque materia, quantum natura rei patitur. Non enim potest esse tanta certitudo in materia variabili & contingenti, sicut in materia necessaria, semper eodem modo se habente. Et ideo auditor bene disciplinatus, non debet maiorem certitudinem requirere, nec minori esse contentus, quam sic conueniens rei de qua agitur. Propter quod non peccatum esse videtur, si aliquis acceptet aliquem Mathematicum per suasionibus rhetorice vrentem, & se expectata Rhetorico demonstrationes certas, quales debet proferre Mathematicus.

Verumque enim contingit ex hoc, quod non consideratur modus materiae conueniens. Nam Mathematica est circa materiam, in qua inuenitur omnimoda certitudo. Rhetorica autem negotiatur circa materiam ciuilem, in qua multiplex variatio accidit. Deinde cum dicit. ¶ Ostendit, quales debeat esse auditor huius scientiae. Et primo ostendit quis sit insufficientis auditor. Secundo, quis sit inutilis, ibi. ¶ Amplius autem passionum, &c. ¶ Tertio, ostendit quis sit auditor conueniens, ibi. ¶ Secundum rationem, &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo, praemittit quaedam quae sunt necessaria ad propositum ostendendum. Et dicit, quod vnusquisque non potest habere bonum iudicium nisi de his, quae cognoscit. Et sic ille, qui est instructus circa vnum, aliquid genus, bene potest iudicare de his, quae pertinent ad illud genus. Sed ille, qui est bene instructus circa omnia, potest simpliciter bene iudicare de omnibus. Secundo ibi. ¶ Concludit propositum, scilicet, quod iuuenis non est conueniens auditor Politicam & totius moralem scientiam, quae sub Politicam comprehenditur, quia sicut dictum est, nullus potest bene iudicare nisi ea, quae nouit. Omnis autem auditor, oportet quod bene iudicet de his, quae audit, vt bene dicta recipiat, non autem ea quae male dicuntur. Ergo oportet, quod nullus sit auditor conueniens nisi habeat aliquam notitiam eorum, quae pertinent ad scientiam moralem, quae maxime cognoscitur per experientiam. Iuuenis autem est inexpertus operationum humanae vitae propter breuitatem, & tamen rationes moralem scientiam procedunt ex his, quae pertinent ad actus humanae vitae, & etiam iunt de his. Sicut si dicatur, quod liberalis minor sibi reseruat, & maiora aliis tribuit, hoc iuuenis propter in experientiam forte non iudicabit verum esse, & idem est in aliis ciuilibus. Unde manifestum est, quod iuuenis non est conueniens auditor Politicam. Deinde cum dicit. ¶ Ostendit, quis sit inutilis auditor huius scientiae. Vbi considerandum est, quod scientia moralis, docet homines sequi rationem, & discedere ab his, ad quae passiones animae inclinant, quae sunt concupiscentia, ira, & similia. In quae quidem, aliqui tendunt dupliciter. Vno modo ex electione, pura cum aliquis hoc proponit, vt concupiscentiae suae satisfaciatur. et hos vocat sectatores passionum. Et alio modo, cum aliquis proponit quidem a noxiis delectationibus abstinere, vincitur tamen interdum impetu passionis, vt contra suum propositum, impetum passionis sequatur. et talis vocatur incontinentis. Dicit ergo, quod ille qui est sectator passionum, inaniter, id est sine aliqua efficacia, audit hanc scientiam, & inutiliter, Ethic. S. Tho. A 3 idem

non. Talem autem quendam errorem habent & bona, quia multis contingunt detrimenta ex ipsis. Iam enim quidam perierunt propter diuitias, alii vero propter fortitudinem, amabile igitur de talibus & ex talibus dicentes grosse & figuratim veritatem ostendere, & de his, quae vt frequentius & ex talibus dicentes, talia & concludere. Eodem modo & recipere, debitum est vnusquodque dicitur. Disciplinatum enim est, in tantum certitudinem quaere secundum vnumquodque genus, in quantum rei natura recipit, proximum enim videtur & Mathematicum persuadentem acceptare, & Rhetoricum demonstrationes expectare. Vnusquisque autem iudicat bene quae cognoscit, & eorum est bonus iudex. Secundum ergo vnumquodque in vnoquoque eruditus bene iudicat. Simpliciter autem qui circa omnia eruditus est.

Idcirco, politica non est proprius auditor iuuenis. Inexpertus enim est eorum, qui secundum vitam sunt actuum. Rationes autem de his & ex his sunt.

Amplius autem passionum seculator existens, inaniter audiet, & inutiliter, quia finis est non cognitio, sed actus. Difert autem nihil iuuenis secundum aetatem, aut secundum morem iuuenilis. Non enim a tempore defectio, sed propter secundum passionem viuere & psequi singula. Talibus. in inutilis cognitio fit, quemadmodum incontinentibus.

Eodem modo & vnusquisque auditor ea, quae dicuntur accidere oportet. Est enim eruditus exactum ipsum eatenus in vnoquoque genere fluitare, quatenus fert ipsius rei naturam. Simile namque videtur esse Mathematicum suadentem probare, & ab Oratore demonstrationes exigere.

Atqui bene quisque iudicat ea, quae cognoscit, & ipsorum bonus est iudex. Is ergo in vnaeque re bene iudicat, qui in illis est eruditus. Absolute autem, qui est in omnibus eruditus.

Quapropter iuuenis, ciuili disciplina non est idoneus auditor. Est enim rudis actuum vitae. Ex his autem & de his ipse rationes efficiuntur.

Præterea, cum perturbationes sequatur, incassum & sine fructu audit, quippe cum finis non cognitio sit, sed actio. Interest autem nihil iuuenis sit aetate an moribus iuueni similis. Non enim defectus est ob tempus. Sed quia nunt & persequitur singula cum perturbatione. Talibus enim inutilis sit ipsa cognitio, perinde atque incontinentibus ipsis.

nis autem est inexpertus operationum humanae vitae propter breuitatem, & tamen rationes moralem scientiam procedunt ex his, quae pertinent ad actus humanae vitae, & etiam iunt de his. Sicut si dicatur, quod liberalis minor sibi reseruat, & maiora aliis tribuit, hoc iuuenis propter in experientiam forte non iudicabit verum esse, & idem est in aliis ciuilibus. Unde manifestum est, quod iuuenis non est conueniens auditor Politicam. Deinde cum dicit. ¶ Ostendit, quis sit inutilis auditor huius scientiae. Vbi considerandum est, quod scientia moralis, docet homines sequi rationem, & discedere ab his, ad quae passiones animae inclinant, quae sunt concupiscentia, ira, & similia. In quae quidem, aliqui tendunt dupliciter. Vno modo ex electione, pura cum aliquis hoc proponit, vt concupiscentiae suae satisfaciatur. et hos vocat sectatores passionum. Et alio modo, cum aliquis proponit quidem a noxiis delectationibus abstinere, vincitur tamen interdum impetu passionis, vt contra suum propositum, impetum passionis sequatur. et talis vocatur incontinentis. Dicit ergo, quod ille qui est sectator passionum, inaniter, id est sine aliqua efficacia, audit hanc scientiam, & inutiliter, Ethic. S. Tho. A 3 idem

id est absque consecutione debiti finis. Finis enim huius scientie non est sola cognitio, ad quam forte peruenire possent passionum sectatores. Sed finis huius scientie est actus humanus, sicut & omnium scientiarum practicarum. Ad actus autem virtuosos non perueniunt, qui passionum sectantur. Et sic nihil differt quantum ad hoc, an auditor huius scientie sit iuuenis aetate, vel iuuenis moribus, id est, passionum sectator. Quia sicut iuuenis aetate, deficit a fine huius scientie, qui est cognitio: ita ille qui iuuenis est moribus, deficit a fine, quod est actio, non enim est defectus eius propter tempus: sed propter hoc, quod vult secundum passionem sequitur singula, ad quae passiones inclinant. Talibus autem sit inutilis cognitio huius scientie, licet etiam incontinentibus, qui non sequuntur scientiam, quam de moralibus habent. Deinde cum dicitur: f. Ostendit, quis sit conueniens auditor huius scientie. Et dicit, quod multum est vtile scire de moralibus illis, qui secundum ordinem rationis implent omnia sua desideria, & exterius operantur. Vltimo autem epilogat ea, quae dicta sunt in hoc prooemio, dicens, quod tanta sint dicta prooemialiter de auditore, quod fuit vltimum: & quis sit modus demonstrandi, quod tunc dicitur, & quid proponitur, id est, quid sit illud, de quo illa scientia principaliter intendatur, quod fuit primum.

LECTIO III.

Icamus autem resumere, quoniam omnis cognitio & electio, bonum aliquod desiderat, quid est hoc, quod dicimus civilem desiderare. Et quid est, omnium operatorum summum bonum.

Nomine quidem igitur ferè a plurimis confessum est. Felicitatem enim & multum & excellentes dicunt. Bene autem vivere & bene operari, idem existimant ei, quod est esse felicem.

De felicitate autem, quae est, alterant. Et non similitur multi sapientibus crediderunt. Hi quidem enim apertorum quid & manifestorum, vtpote, voluntatem aut diuitias, aut honorem, alii autem aliud, multoties autem & idem ipse alterum, egrotans enim quidem sanitatem, Mendicans autem diuitias, cõscii autem sibi ipsi ignorantiam eos, qui magnum aliquid & super ipsos dicunt, admirantur. Quidam autem existimauerunt præter hæc multa bona, aliud esse secundum se ipsum, quod & omnibus causa est essendi bonum.

LECTIO IIII.

Ræmissio prooemio: hic Aristoteles accedit ad tractatum huius scientie. Et dividitur in partes tres. In prima determinat de felicitate: quæ est summum inter humana bona, perducens ad hoc, consideratione felicitatis: quod est operatio secundum virtutem. In secunda parte determinat de virtutibus, ibi. {Si autem est felicitas operatio quædam secundum virtutem, &c.} In tertia complet suum tractatum de felicitate, ostendens, qualis & quæ virtutis operatio sit felicitas. Et hoc, in 10. Lib. ibi. {Post hoc autem de delectatione, &c.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intentio. Secundo exequitur propositum, ibi. {Nomine quidem, &c.} Dicit ergo primo, resumendo quod supra dictum est, quod cum omnis cognitio & electio desiderat aliquod bonum, id est, ordinatur ad aliquod bonum desideratum sicut in finem. Dicendum est, quid sit illud bonum, ad quod ordinatur civilis scientia: quod scilicet, est summum omnium operatorum, id est, inter omnia ad quæ operatio humana peruenire potest. Hæc enim duo, supra dictum est, oportere considerari de vltimo fine humanorum bonorum, scilicet, quid sit, quod hic proponitur considerandum, & ad quam scientiam pertinet: quod supra in prooemio tractatum est. Deinde cum dicitur.

Leet. 19.

Determinat de felicitate. Et circa hoc duo facit. Primo, prosequitur opiniones aliorum de felicitate. Secundo, determinat de ipsa secundum propriam sententiam, ibi. {Rursus autem redeamus ad qualitatem bonorum, &c.} Circa primum duo facit. Primo, ponit opiniones aliorum de felicitate. Secundo, inquit de eis, ibi. {Nos autem dicamus, &c.} Deinde cum dicitur, {Circa primum duo facit. Primo, ponit opiniones de vltimo fine humanorum. Secundo, determinat qualitatem de huiusmodi opinionibus licet inquirendum, ibi.} Omnes igitur perquiruntur. Circa primum duo facit. Primo ostendit, in quo omnes conueniant. Secundo, in quo differant, ibi. {De felicitate autem, quæ est &c.} Ponit ergo primo duo, in quibus omnes conueniunt secundum vltimum finem. Primo quidem, ibi. {Felicitatem, n. multum & excellens, quod & multi: id est populi lares: & excellentes, id est sapientes nominauerunt summum humanorum bonum felicitatem. Secundo, quærum ad quandam communitatem nominis rationem: quia omnes existimant bene vivere & bene operari, idem esse, quod esse felicem. Deinde cum dicitur, c. Ostendit, in quo differunt opiniones hominum circa felicitatem. Et dicit, quod circa felicitatem quod sit in speciali, alterantur, id est diuersificantur homines. Et hoc triplici differentia. Quarum prima accipitur secundum quodam multitudinem popularium non similitur in hoc sentit cum sapientibus. Nam populares existimant felicitatem esse aliquid eorum, quæ sunt in aperto manifesto: vt sunt illa, quæ in sensibilibus considerant, quæ sola manifesta sunt multitudinibus: & adeo aperta, quod non indigent expositione referant, sicut sunt voluptas, diuitiæ, & honor, & alia huiusmodi. Quid autem sapientes super hoc sentiant, vltimo ponit. Secunda autem differentia est popularium adiuicem. Quorum, alii aliud sensibile bonum existimant esse felicitatem, sicut auari diuitias, intemperati voluptates, ambitioni honores. Tertia autem differentia est eisdem ad seipsum. Est enim conditio vltimi finis, vt sit maxime desideratum. Vnde illud quod maxime desideratur, populus existimat esse felicitatem. Indigentia autem alicuius boni, auget desiderium. Vnde eger, qui indiget sanitate, iudicat ipsam summum bonum. Et pariter ratione, mendicus diuitias. Et similitur illi, qui recognoscunt suam ignorantiam, admirantur quasi felices eos, qui possunt dicere aliquod magnum, & quod eorum intellectu excedat. Et omnia ista pertinent ad opiniones multitudinis. Sed quidam sapientes, scilicet Platonici, præter hæc diuersa bona sensibilia, existimauerunt esse vnum bonum, quod est secundum se ipsum, id est, quod est ipsa essentia bonitatis separata, sicut n. formam separatam hominis, dicebant per se hominem, sic bonum separatum per se bonum, quod omnibus bonis est causa, quod sunt bonæ inquantum felices, participant illud summum bonum. Deinde cum dicitur, d. Ostendit,

Leet. 9.

Leet. 5.

LECTIO IIII.

Ed nunc repetentes dicamus. Cum omnis cognitio atque electio bonum quoddam appetere dicimus facultatem. Et quid id quod omnium rerum agendarum supremum est bonum.

Nomine igitur omnes ferè de ipso conueniunt. Nam & vulgus & elegantes, felicitatem inueniunt esse. Atque bene vivere beneque agere & saluam esse, eadem esse putant.

De felicitate autem, quoniam sit disputant, & non similitur vulgus ac sapientes eam assignant, quidam enim unum quid eorum, quæ clara manifesta sunt, ipsam esse putant, ut voluptatem, aut diuitias, aut honorem, quidam aliquid aliud. Per sepe etiam unus idemque diuersum, nam cum egrotat sanitatem, cum pauper est diuitias. Ignorantia vero conscientia sua, eos admirantur, qui magnum aliquid & ultra vires ipsorum dicunt. Quidam autem præter hæc plura bona, aliud quoddam per se esse putant, quod quidem & his vniuersis, ut sint bona, censuere causam esse.

populares existimant felicitatem esse aliquid eorum, quæ sunt in aperto manifesto: vt sunt illa, quæ in sensibilibus considerant, quæ sola manifesta sunt multitudinibus: & adeo aperta, quod non indigent expositione referant, sicut sunt voluptas, diuitiæ, & honor, & alia huiusmodi. Quid autem sapientes super hoc sentiant, vltimo ponit. Secunda autem differentia est popularium adiuicem. Quorum, alii aliud sensibile bonum existimant esse felicitatem, sicut auari diuitias, intemperati voluptates, ambitioni honores. Tertia autem differentia est eisdem ad seipsum. Est enim conditio vltimi finis, vt sit maxime desideratum. Vnde illud quod maxime desideratur, populus existimat esse felicitatem. Indigentia autem alicuius boni, auget desiderium. Vnde eger, qui indiget sanitate, iudicat ipsam summum bonum. Et pariter ratione, mendicus diuitias. Et similitur illi, qui recognoscunt suam ignorantiam, admirantur quasi felices eos, qui possunt dicere aliquod magnum, & quod eorum intellectu excedat. Et omnia ista pertinent ad opiniones multitudinis. Sed quidam sapientes, scilicet Platonici, præter hæc diuersa bona sensibilia, existimauerunt esse vnum bonum, quod est secundum se ipsum, id est, quod est ipsa essentia bonitatis separata, sicut n. formam separatam hominis, dicebant per se hominem, sic bonum separatum per se bonum, quod omnibus bonis est causa, quod sunt bonæ inquantum felices, participant illud summum bonum. Deinde cum dicitur, d. Ostendit,

Ostendit qualiter oporteat inquirere de predictis opinionibus. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit de quibus hæc opinionum oportet inquirere. Secundo, quo ordine, ibi. {Non lateat autem nos &c.} Tertio, qualiter oporteat auditorem distipulum esse, ad hoc quod bene capiat ea quæ dicentur, ibi. {Propter quod oportet conuenire iudicibus, &c.} Dicit ergo primo, quod perquiratur omnes opiniones quas aliqui habent de felicitate, & fecerit magis vanum, & decet philosophum. Quia quædam opinio sunt irrationabiles: sed sufficit illas opiniones maxime perquirari, quæ in superficie habent aliquam rationem, vel propter apparentiam aliquam, vel saltem propter opinionem multorum hoc existimantium. Deinde cum dicitur, e. Ostendit quo ordine ratiocinandum sit de huiusmodi opinionibus, et simpliciter in tota materia morali, et alligant differentiam in processu ratiocinandi. Quia quædam rationes sunt, quæ procedunt a principiis, id est, a causis in effectum: sicut demonstrationes propter quid. Quædam autem eorum uerbo ab effectibus ad causas siue principia quæ non demonstrant propter quid, sed solum quia. Et hoc etiam Plato prius distinxit inquirens, verum oportet procedere a principiis, vel ad principia. Et ponit exemplum de cursu stadio. Erant enim quidam Athletæ, i. ppositi athletis currentibus in stadio. Qui quidem Athletæ, stabant in principio stadio. Quædamque igitur athletæ incipiebant currere ab athlotheis & procedebant vsque ad terminum: quandoque autem econuerso. Et sic etiam est duplex ordo in processu rationis, vt dictum est. Et vt accipiatur quo ordine oporteat procedere in qualibet materia, considerandum est quod oporteat incipere a magis cognitis, quia per notiora devenimus ad ignota. Sunt autem aliqua notiora dupliciter. Quædam quidem quo ad nos, sicut composita & sensibilia. Et quædam simpliciter & quo ad naturam, scilicet simplicia & intelligibilia. Et quia nos ratiocinando notitiam acquirimus, oportet, quod procedamus ab his, quæ sunt magis nota nobis: & si quidem eadem sunt magis nota nobis & simpliciter, tunc ratio procedit a principiis: sicut in mathematicis. Si autem alia magis nota sunt simpliciter, & alia quo ad nos, tunc oportet econuerso procedere, sicut in naturalibus & moralibus. Deinde cum dicitur, f. Ostendit qualiter oportet esse dispositum talium auditorum. Et dicitur: quod quia in moralibus oportet incipere ab his, quæ sunt magis nota quo ad nos, id est, a quibusdam effectibus consideratis circa actus humanos: oportet illum, qui sufficiens auditor vult esse moralis scientie: quod sit manu ductus & ex-

circatus in consuetudinibus humanæ vitæ, id est, de bonis exterioribus & iustis, id est, de operibus virtutum: & vniuersaliter de omnibus civilibus: sicut sunt leges & ordines politicarum: & si qua alia sunt huiusmodi. Quia oportet in moralibus accipere, vt principium quia ita est. Quod quidem accipitur per experientiam & colorem tudinem, puta quod concupiscentiæ per abstinentiam superatur. Et si hoc sit manifestum alicui, non multum est necessarium ei ad operandum cognoscere propter quid. Sicut medico sufficit ad sanandum scire quod hæc herba curat talem agri tudinem. Cognoscere autem propter quid, requiritur ad scientiam, quod principia liter intenditur in scientiis speculatiuis. Talis autem, qui scilicet est expertus in rebus humanis, vel per se ipsum habet principia operabilium, quasi per se ea considerans, vel de facili suscipit ea ab alio. Ille vero, qui neutrum horum conuenit, audiatur sententiam Hesiodi poetæ, qui dixit, quod ille est optimus, qui scilicet potest per se ipsum intelligere. Et ille etiam est bonus, qui recipit quæ ab alio dicitur. Ille autem, qui neque per se ipsum potest intelligere, neque alium audire potest in animo reponere, est inutilis quantum ad acquisitionem scientiæ.

At enim ne lateat nos eas inter se rationes differre, quæ a principiis proficiscuntur, & quæ ad principia pergunt. Recte enim & Plato dubitabat atque querebat: utrum a principis, an ad principia sit ipsa via. Vt in stadio ad calcem exiis, quæ præmia ponunt, an contra. Enimvero semper est a notis incipiendum. Hæc autem duobus modis talia sunt. Alia namque sunt nobis: alia simpliciter nota. Nobis igitur forsitan ex his incipiendum est, quæ nobis sunt nota.

Quocirca bene institutum moribus cum esse oportet: qui de honestis & iustis & omni civili ratione est sufficiens auditorus. Est enim principium esse. Atque si hoc satis constet, non opus erit ipso curare quam ob causam est. Talis autem autem habet principia: aut accipere facile potest. Cui vero neutrum horum inest: is Hesiodi sententiam audiatur hæc carminibus explicatâ. Optimus ille quidem est ex sese, qui omnia nouit. Perceptis quæ post se sunt meliora. Is rursus bonus est, paratque recta monenti. At qui ex se nescit, cuiquam nec potest rigere aures.

LECTIO V.

Ed nos e redeamus, unde digressi sumus. Summum enim bonum felicitatemque non sine ratione ex inueniendi modo uidentur existimare.

seunt in exteriori materia, sed manent in ipsis agentibus. Vnde tales actiones sunt perfectiones agentium. Et ideo bonum huius actionum, in ipsis agentibus consistit. Et ideo dicitur, quod ad hoc, quod aliqua fiat iuste, vel temperate, non sufficit, quod opera quae sunt bene se habeant, sed requiritur quod operans, debito modo operetur. In quo modo tria dicitur esse attendenda. Quorum primum pertinet ad intellectum sive ad rationem, ut scilicet qui facit opus virtutis, non operetur ex ignorantia, vel a casu, sed sciat quid faciat. Secundum accipitur ex parte virtutis appetitivae. In quo duo attenduntur. Quorum unum est, ut non operetur ex passione, puta cum facit ex timore aliquid opus virtutis, sed operetur ex electione, ita quod electio operis virtutis non sit propter aliquid aliud, sicut cum aliquis operatur opus virtutis propter lucrum, vel propter inanem gloriam. Sed sit propter hoc. Propter ipsum opus virtutis, quod est in se placet ei, qui habet habitum virtutis, tanquam ei conueniens. Tertium autem accipitur secundum rationem habitus ut scilicet si firmus, constantem quantum ad seipsum, immobiliter, id est a nullo exteriori ab hoc remoueretur, quin habeat electionem virtuosam & operetur secundum eam. Ad artes autem non requiritur nisi primum horum, quod est scire. Potest enim aliquis esse bonus artifex, etiam si nunquam eligat operari secundum artem, vel si non perseveret in suo opere. Sed scientia, parum, vel nullum habet momentum ad hoc, quod homo sit virtuosus. Sed totum consistit in alijs. Quae quidem adueniunt homini ex frequentatione operatione virtuosae. Et sic immobiliter se habet. Deinde cum dicitur.

Vbi dicitur autem quispiam quoniam modo dicitur iustis agentibus, iustos, & temperatos fieri oportere. Quae si iusta temperatae agunt, iam iusti sunt & temperati, perinde atque si grammatica musicae faciant, grammatici sunt atque musici.

Vel neque in artibus ita habet. Contingit enim grammaticum, quid facere a casu, & alio supposito. Tunc igitur grammaticus, si grammaticum quid faciat & grammaticae, hoc autem est secundum eam, quae in ipso est grammaticam.

Adhuc autem neque simile est in artibus & in virtutibus. Quae enim ab artibus fiunt, bene habent in eis. Sufficit igitur haec qualiter habentia fieri. Quae autem secundum virtutes fiunt, neque si haec qualiter habeant iuste, vel temperate operata sunt. Sed si operans qualiter habens operetur. Primum quidem si sciens, deinde si eligens, & eligens propter haec. Tertium autem, & si firme & immobiler habeat & operetur. Haec autem ad alias quidem artes non connumerantur praeter ipsum scire. Ad virtutes autem, scire quidem parum, aut nihil potest. Contra vero non parum, sed totum possunt. Quae quidem ex eo, quia per se res iuste temperatae aguntur, proueniunt.

Res quidem igitur iustae & temperatae dicuntur quando sunt tales, quales utique iustus & temperatus operabitur. Iustus autem & temperatus est, non qui haec operatur, sed qui ut iusti & temperati operantur.

Res igitur iustae temperatae dicuntur, cum sunt tales, quales utique iustus ageret aut temperatus. Iustus autem ac temperatus est, non is, qui haec agit, sed qui sic etiam agit, ut iusti temperatae agunt.

Res igitur iustae temperatae dicuntur, cum sunt tales, quales utique iustus ageret aut temperatus. Iustus autem ac temperatus est, non is, qui haec agit, sed qui sic etiam agit, ut iusti temperatae agunt.

Res igitur iustae temperatae dicuntur, cum sunt tales, quales utique iustus ageret aut temperatus. Iustus autem ac temperatus est, non is, qui haec agit, sed qui sic etiam agit, ut iusti temperatae agunt.

e ¶ Concludit conclusionem principaliter intentam. Et primo concludit propositum. Secundo arguit quorundam errorē, ibi. { Sed nulli quidem, &c. } Concludit ergo primo, quod bene supra dictum est, quod homo sit iustus, ex eo quod iusta operatur, & temperatus, quia temperata. Qui autem non operatur, nec iustitiam apponit, nūquam fiet bonus. Deinde cum dicitur. f ¶ Arguit quorundam errorem, qui nō operantur opera virtutis, sed coniungendo ad ratiocinandum de virtutibus, estimat se fieri bonos philosophando. Quos dicit esse similes infirmis, qui, sollicite audiunt ea, quae dicuntur sibi a medicis, sed nihil faciunt eorum quae sibi praecipiant. Ita n. se habet philosophia ad curacionem animae, sicut medicina ad curacionem corporis. Vnde sicut illi, qui audiunt praecipia medicorum & non faciunt, nūquam erunt bene dispositi secundum corpus, ita neque illi, qui audiunt documenta moralium philosophorum & non faciunt ea, nūquam habebunt animam bene dispositam.

e Bene igitur dicitur quod ex iusta operari iustus fit, & ex temperata temperatus. Ex non operari autem haec, nullus vtiq; neque curabit fieri bonus. f Sed multi haec quidem non operantur. Ad rationem autem iungentes existimant philosophari, & sic fore studiosos, & simile aliquid facientes laborantibus, qui medicos audiunt quidem studiose, faciunt autē nihil horum, quae praecipia sunt. Quem admodum igitur neque illi bene habebunt corpus ita curati, neque isti animam ita philosophantes.

LECTIO V.

Ost haec autem quid est virtus scrutandum. Quia igitur quae in anima sunt tria sunt, passiones, potentiae, & habitus, horum aliqui vtiq; erit virtus.

LECTIO V.



Ost quā Philosophus determinat de causa virtutis. Hic incipit inquirere quid sit virtus. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit quid sit virtus. In secunda determinat de oppositione virtutis ad vitium ibi. { Trius autem dispositionibus, &c. } Prima autem pars diuiditur in partes duas. In prima determinat quid est virtus in generali. In secunda manifestat distinctionem assignatam in singulis virtutibus ibi. { Oportet autem non solum vniuersaliter dici, } Prima autem diuiditur in partes duas. In prima inuestigat distinctionem virtutis. In secunda concludit distinctionem ibi. { Est ergo virtus habitus, &c. } Circa primum duo facit. Primo inuestigat genus virtutis. Secundo differentiam eius ibi. { Oportet autem non solum &c. } Inuestigat autem genus virtutis per viam diuisionis. Vnde circa primum tria facit. Primo proponit diuisionem. Secundo exponit membra eius, ibi. { Dico autem passiones quidem igitur, &c. } Tertio ex diuisione posita argumentatur, ibi. { Passiones. Dicit ergo primo, quod ad perscrutandum quid est virtus, oportet assumere, quod tria sunt in anima, scilicet passiones, potentiae, & habitus, quorum alterum necessesse est esse virtutē. Dixit enim supra, quod virtus est principium quorundam operationum animae. Nihil autem est in anima, quod sit operationis principium, nisi aliquod horum trium. Videtur enim homo aliquando agere ex passione, puta ex ira. Quandoque vero ex habitu, sicut ille qui operatur ex arte. Quandoque vero ex nuda potentia, sicut quando homo incipit primo operari. Ex quo patet, quod sub hac diuisione, non comprehenduntur absolute omnia, quae sunt in anima, quia essentia animae nihil horum est, nec etiam operatio intelligibilis, sed solum hic ranguntur illa, quae sunt principia alicuius actionis. Deinde cum dicitur.

b ¶ Manifestat membra praedictae diuisionis. Et primo manifestat, quae sunt passiones. Secundo quae sunt potentiae, ibi. { Potentias autem, &c. } Tertio qui sunt habitus, ibi. { Habitus autem secundum quos, &c. } Circa primum considerandum est, quod secundum vegetabilem animam, non dicuntur passiones animae eo quod vires huius partis animae, non sunt passivae, sed actiuae tam in parte sensitua, quam intellectiua. Vires autem apprehensivae & appetitivae sunt passivae praeter intellectum agentem. Et quamvis sentire & intelligere sit pati quoddam, non tamen dicuntur passiones animae secundum apprehensionem sensus, vel intellectus, sed solum secundum appetitum. Quia operatio potentiae apprehensivae, est secundum quod res apprehensa est in apprehensione per modum apprehensionis. Et sic res apprehensa quodammodo trahitur ad comprehensionem. Operatio autem potentiae appetitivae est secundum quod appetens inclinat ad appetibile. Et quia de ratione patiens est, quod trahatur ab agente, & non e converso: inde est, quod operationes potentiarum, non dicuntur proprie passiones, sed solum operationes potentiarum appetitivarum. Inter quas etiam operatio appetitus intellectivi non proprie dicitur passio. Tum quia non est secundum transmutationem organi corporalis, quae requiritur ad rationem passionis proprie dicitur. Tum quia etiam secundum operationem appetitus intellectivi, qui est voluntas, homo non agitur tamquam patiens, sed potius seipsum agit tamquam Dominus sui actus existens. Relinquitur ergo, quod passiones proprie dicantur operationes appetitus sensitivi, quae sunt secundum transmutationem organi corporalis, & quibus homo quodammodo ducitur. Appetitus autem sensitivus diuiditur in duas vires, scilicet in concupiscibilem, qui respicit absolute bonum sensibile, quod scilicet est delectabile secundum sensum, & malum ei contrarium, & irascibilem, qui respicit bonum sub ratione cuiusdam altitudinis, sicut victoria dicitur esse quoddam bonum, quamvis non sit cum delectatione sensus. Sic igitur quaecumque passiones respiciunt bonum vel malum absolute, sunt in concupiscibili. Quarum quaedam sunt respectu boni, & sunt tres: Amor qui importat quaedam connaturalitatem appetitus ad bonum amatum. Desiderium, quod importat motum appetitus in bonum amatum. Et delectatio, quae importat quietem appetitus in bono amato. Quibus opponuntur in ordine ad malum scilicet, Odium amoris. Aversio siue fuga desiderio. Et tristitia delectationis. Illae vero passiones, quae respiciunt bonum, vel malum sub ratione cuiusdam ardui, pertinent ad irascibile, sicut timor & audacia respectu mali. Spes & desperatio respectu boni. Quintum est ira, quae est passio composita, vnde nec contrarium habet. Et ideo enumerantur passiones dicitur, quod passiones sunt concupiscentia, quam nominamus desiderium, & ira & timor & audacia & invidia, quae continentur sub tristitia, & gaudium, quod continetur sub delectatione. Est enim delectatio non corporalis, sed interiori apprehensione consistens, & amicitia & odium & desiderium. Quod differt a concupiscentia, eo quod concupiscentia est delectationis corporalis. Desiderium autem cuiuslibet alterius delectabilis. Addit autem zelum & misericordiam, quae sunt species tristitiae. Nam misericordia est tristitia de malis alienis, zelus autem est tristitia de hoc, quod homo deficit ab his, quae alii habent. Addit autem quod vniuersaliter ad omnia praedicta sequitur delectatio & tristitia, quia omnia alia important motus quosdam in bonum & malum, ex quorum superetur tu causatur delectatio, vel tristitia. Vnde omnes aliae passiones terminantur ad delectationem & tristitiam. Deinde cum dicitur.

LECTIO V.

Ost haec quidnam sit ipsa virtus consideremus oportet. Cum igitur tria sint, quae sunt in anima. Affectus, Potentia, Habitus. Horum aliquid ipsam virtutem esse necesse est.

Atque affectus quidem uocatur cupiditatem, iram, metum, fiduciam, inuidiam, gaudium, amicitiam, odium, desiderium, emulationem, misericordiam. Ea omnino, quae uoluptas committatur aut dolor.

nes proprie dicantur operationes appetitus sensitivi, quae sunt secundum transmutationem organi corporalis, & quibus homo quodammodo ducitur. Appetitus autem sensitivus diuiditur in duas vires, scilicet in concupiscibilem, qui respicit absolute bonum sensibile, quod scilicet est delectabile secundum sensum, & malum ei contrarium, & irascibilem, qui respicit bonum sub ratione cuiusdam altitudinis, sicut victoria dicitur esse quoddam bonum, quamvis non sit cum delectatione sensus. Sic igitur quaecumque passiones respiciunt bonum vel malum absolute, sunt in concupiscibili. Quarum quaedam sunt respectu boni, & sunt tres: Amor qui importat quaedam connaturalitatem appetitus ad bonum amatum. Desiderium, quod importat motum appetitus in bonum amatum. Et delectatio, quae importat quietem appetitus in bono amato. Quibus opponuntur in ordine ad malum scilicet, Odium amoris. Aversio siue fuga desiderio. Et tristitia delectationis. Illae vero passiones, quae respiciunt bonum, vel malum sub ratione cuiusdam ardui, pertinent ad irascibile, sicut timor & audacia respectu mali. Spes & desperatio respectu boni. Quintum est ira, quae est passio composita, vnde nec contrarium habet. Et ideo enumerantur passiones dicitur, quod passiones sunt concupiscentia, quam nominamus desiderium, & ira & timor & audacia & invidia, quae continentur sub tristitia, & gaudium, quod continetur sub delectatione. Est enim delectatio non corporalis, sed interiori apprehensione consistens, & amicitia & odium & desiderium. Quod differt a concupiscentia, eo quod concupiscentia est delectationis corporalis. Desiderium autem cuiuslibet alterius delectabilis. Addit autem zelum & misericordiam, quae sunt species tristitiae. Nam misericordia est tristitia de malis alienis, zelus autem est tristitia de hoc, quod homo deficit ab his, quae alii habent. Addit autem quod vniuersaliter ad omnia praedicta sequitur delectatio & tristitia, quia omnia alia important motus quosdam in bonum & malum, ex quorum superetur tu causatur delectatio, vel tristitia. Vnde omnes aliae passiones terminantur ad delectationem & tristitiam. Deinde cum dicitur.

c ¶ Manifestat,

e ¶ Manifestat, quae sunt potentiae non quidem in generali, sed circa materiam moralem secundum differentiam ad passiones. Dicit enim, quod potentiae dicuntur secundum quas dicuntur passiones praedictae. Puta potentia irascibilis est secundum quam possunt irasci. Potentia autem concupiscibilis est secundum quam possunt irasci, vel tristari, vel misereri. Deinde cum dicitur.

d ¶ Manifestat, qui sunt habitus, & hoc est non in generali, sed in materia morali per comparationem ad passiones. Et dicitur, quod habitus dicuntur secundum quos nos habemus passiones bene, vel male. Habitus est n. dispositio quaedam, determinans potentiam per comparationem ad aliquid. Quae quidem determinatio si sit secundum quod conuenit naturae rei, erit habitus bonus disponens ad hoc, quod aliquid fiat bene. Alioquin est habitus malus, & secundum ipsum aliquid fiat male. Et exemplificat, quod secundum aliquem habitum habemus nos, ut irascamur, vel male, si hoc fiat vehementer, vel remisse, id est secundum superabundantiam, aut defectum, vel bene, si hoc fiat medio modo. Deinde cum dicitur.

e ¶ Arguetur ex diuisione praemissa. Et primo ostendit, quod virtutes non sunt passiones. Secundo quod non sunt potentiae, ibi. { Propter hoc autem neque potentiae, &c. } Tertio concludit, quod sunt habitus, ibi. { Si igitur neque passiones, &c. } Circa primum ponit quatuor rationes. Quarum prima est talis. Secundum virtutes dicimus boni, & secundum malitias oppositas dicimus mali. Sed secundum passiones absolute consideratas, neque laudamus, neque vituperamus. Nō n. aliquis laudatur, neque vituperatur ex hoc, quod absolute timet, vel irascitur, sed solum ex hoc, quod aliquo modo timet, vel irascitur, id est secundum rationem, vel praeter rationem. Et idem est intelligendum in alijs passionibus animae. Ergo passiones animae, neque sunt virtutes, neque malitiae. Tertiam rationem ponit ibi.

f Et quoniam secundum passiones quidem, neque laudamur, neque vituperamur. Nō n. laudatur qui timet, neque qui irascitur. Neque vituperatur, qui simpliciter irascitur, sed quod qualiter. Secundum virtutes autem, vel malitias laudamur, vel vituperamur.

g Adhuc irascimur quidem & timemus, non sponte. Virtutes autem electiones quaedam vel non sine electione.

h Adhuc autem secundum passiones quidem moueri dicimus. Secundum virtutes autem, vel malitias non moueri, sed disponi qualiter.

i Propter hoc autem, neque potentiae sunt. Neque enim boni dicimus propter posse pati simpliciter, neque mali. Neque laudamur, neque vituperamur.

k Et adhuc potentes sumus natura. Boni autem vel mali, non effcimus natura. Diximus autem de hoc prius.

l Si igitur neque passiones sunt virtutes, neque potentiae, relinquatur habitus eas esse. Quid quidem igitur genus est virtutis, dictum est.

¶ Quae accipitur ex laude & vituperio, quae sunt testimonia quaedam bonitatis, vel malitiae. Dicit ergo, quod in virtutes laudamus. Secundum autem malitias oppositas vituperamus. Sed secundum passiones absolute consideratas, neque laudamus, neque vituperamus. Nō n. aliquis laudatur, neque vituperatur ex hoc, quod absolute timet, vel irascitur, sed solum ex hoc, quod aliquo modo timet, vel irascitur, id est secundum rationem, vel praeter rationem. Et idem est intelligendum in alijs passionibus animae. Ergo passiones animae, neque sunt virtutes, neque malitiae. Tertiam rationem ponit ibi.

¶ Quae sumitur ex modo agendi secundum virtutem. Virtutes enim, vel sunt electiones, vel non sunt sine electione. Potest enim virtus dici ipse actus virtutis. Et sic, si accipiamus principales actus virtutum, qui sunt interiores, virtus est electio. Si autem exteriores, virtus non est sine electione, quia exteriores actus virtutis ab interiori electioni procedunt. Si autem accipiatur virtus pro habitu ipso virtutis, sic etiam virtus non est sine electione, sicut causa non est sine proprio effectu. Passiones autem aduentione nobis sine electione, quae interdu praenuntia deliberatione rationis, quae ad electionem requiritur. Et hoc est, quod dicitur, quod irascimur & timemus non sponte, id est ex arbitrio rationis. Ergo passiones non sunt virtutes. Quartam rationem ponit ibi.

¶ Et sumitur secundum ipsam essentiam virtutis. Passiones enim sunt motus quodammodo secundum quos nos moueri dicimus. Virtutes & malitiae sunt quaedam qualitates secundum quas non dicimus moueri, sed aliquo modo, id est bene, vel male disponi ad hoc, quod moueamur. Ergo passiones non sunt virtutes, neque malitiae. Deinde cum dicitur.

¶ Ostendit, quod virtutes non sunt potentiae duabus rationibus. Quarum prima sumitur secundum rationem boni & mali, sicut etiam & supra probatur de passionibus. Et est ratio talis, nullus bonus, vel malus dicitur, neque laudatur, neque vituperatur ex hoc, quod potest pati secundum aliquam passionem, puta ex hoc, quod potest irasci, vel timere. Sed secundum virtutes & malitias dicimus boni, vel mali & laudamus, vel vituperamus. Ergo virtutes & malitiae non sunt potentiae. Secundam rationem ponit ibi.

¶ Quae sumitur ex causa. Et est talis. Potentiae in sunt nobis a natura, quia sunt naturales proprietates animae. Sed virtutes & malitiae secundum quas dicimus boni vel mali, non sunt nobis a natura, ut supra probatum est. Ergo virtutes & malitiae non sunt potentiae. Deinde cum dicitur.

¶ Concludit propositum, quia scilicet si virtutes non sunt passiones neque potentiae, relinquatur quod sunt habitus secundum diuisionem praemissam. Et sic concludit, quod manifestum est, quid sit virtus, secundum suum genus, quod scilicet, est in genere habitus.

¶ Ob affectus neque laudamur, neque vituperamur. Non enim qui timet, aut irascitur, aut laudatur, neque qui simpliciter, sed qui modo quodam irascitur vituperatur. At ob virtutes vtiq; laudamur, aut vituperamur.

¶ Praeterea irascimur quidem & timemus sine electione. Virtutes autem electiones sunt quaedam, aut non sine electione.

¶ Insuper affectibus quidem moueri dicimus. Virtutibus autem, aut vitutibus non moueri, sed aliquo modo disponi.

¶ Propter haec eadem neque potentiae sunt. Nam neque boni, vel mali dicimus, neque laudamus, aut vituperamus, quia possumus simpliciter affici.

¶ Et in super potentes quidem sumus natura. Boni vero non effcimus, aut mali natura, quemadmodum antea diximus.

¶ Quod si virtutes, neque affectus sunt, neque potentiae, relinquatur ipsas habitus esse. Quid igitur sit ipsa virtus genere, diximus.

LECTIO

Quam Philosophus ostendit quid sit genus virtutis, hic inquit quae sit propria differentia eius. Et primo proponit, quod intendit. Et dicit, quod ad hoc, quod sciatur quid est virtus, oportet non solum dicere, quod sit habitus per quem innotescit genus eius, sed etiam qualis habitus sit, per quod manifestatur differentia eius. Secundo ibi. b ¶ Manifestat propositum. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat in communi quandam conditionem virtutis. Secundo ex illa conditione virtutis manifestat propriam differentiam eius, ibi. ¶ Qualiter autem &c. ¶ Dicit ergo primo, quod omnis virtus subiectum cuius est, facit bene habere, & opus eius bene se habens. Sicut virtus oculi est, per quam & oculus est bonus, per quam bene videmus, quod est proprium opus oculi. Similiter etiam virtus equi est, quae facit equum bonum, & per quam equus bene operatur opus suum, quod est velociter currere, & suauiter ferre ascensorem, & audacter expectare bellatores. Et huius ratio est, quia virtus alicuius rei attenditur secundum vltimum, quod potest, puta in eo, quod potest ferre centum libras, virtus eius determinatur non ex hoc, quod fert quinquaginta, sed ex hoc, quod centum, ut dicitur primo caeli. Vltimum autem ad quod potentia alicuius rei se extendit, est bonum opus. Et ideo ad virtutem cuiuslibet rei pertinet, quod reddat bonum opus. Et quia perfecta operatio non procedit nisi a perfecto agente, consequens est, quod secundum virtutem propriam vnaquaeque res & bona sit, & bene operetur. Et si hoc est verum in omnibus alijs, ut per exempla iam paruit, sequitur quod virtus hominis erit habitus quidam, ut supra dictum est, ex quo homo sit bonus, formaliter loquendo, sicut albedine fit albus, & per quod aliquis bene operatur. Deinde cum dicitur. c ¶ Secundum praemissam conditionem virtutis inquirat differentiam propriam virtutis. Et hoc tripliciter. Primo quidem secundum proprietatem operationum. Secundo secundum naturam virtutis, ibi. ¶ Adhuc autem & hoc erit manifestum &c. ¶ Tertio secundum propriam rationem boni, vel mali, ibi. ¶ Adhuc peccare quidem &c. ¶ Dicit ergo primo, quod qualiter homo fiat bonus, & qualiter bene operetur, iam supra dictum est. Dicitur

LECTIO VI.



Portet autem non solum sic dicere, quoniam habitus, sed & qualis quidem.

Dicendum igitur, quoniam virtus omnis cuius vti que fuerit virtus, & id bene habens proficit, & opus eius bene reddit. Puta oculi virtus & oculus studiosum facit & opus eius. Oculi enim virtute, bene videmus. Similiter & equi virtus equum studiosum facit, & bonum ad currendum, & ferendum ascensorem, & expectandum bellatorem. Si itaque haec in omnibus ita habet & hominis virtus erit vti que habitus ex quo bonus homo fit, & a quo bene opus suum reddit.

Qualiter autem hoc erit, iam quidem diximus.

Adhuc autem & hoc erit manifestum, si speculati fuerimus, qualis quidem est natura ipsius. In omni itaque continuo & diuisibili est accipere, hoc autem plus, hoc quidem minus, hoc vero equale. Et hoc, vel secundum ipsam rem, vel ad nos. Aequale autem medium quidem est superabundantiae & defectus.

Dico vti que rei quidem medium, quod equaliter distat ab utroque extremorum, quod est vnum & idem in omnibus. Ad nos autem, quod neque abundat, neque deficit. Hoc autem neque vnum, neque idem omnibus.

Putat si decem multa, duo autem pauca, sex media accipiuntur secundum rem. Aequaliter enim excedunt & exceduntur. Hoc autem medium est secundum Arithmeticae proportionem.

Putat si decem multa, duo autem pauca, sex media accipiuntur secundum rem, & aequale autem medium est secundum Arithmeticae proportionem. Et si hoc est verum in omnibus alijs, ut per exempla iam paruit, sequitur quod virtus hominis erit habitus quidam, ut supra dictum est, ex quo homo sit bonus, formaliter loquendo, sicut albedine fit albus, & per quod aliquis bene operatur. Deinde cum dicitur. c ¶ Secundum praemissam conditionem virtutis inquirat differentiam propriam virtutis. Et hoc tripliciter. Primo quidem secundum proprietatem operationum. Secundo secundum naturam virtutis, ibi. ¶ Adhuc autem & hoc erit manifestum &c. ¶ Tertio secundum propriam rationem boni, vel mali, ibi. ¶ Adhuc peccare quidem &c. ¶ Dicit ergo primo, quod qualiter homo fiat bonus, & qualiter bene operetur, iam supra dictum est. Dicitur

Tex. 116.

Lect. 7. Lectio. 4.

Est enim supra, quod per operationes, quae sunt in medio, efficiuntur boni secundum vnamquamque virtutem. Et effecti boni similes operationes operantur. Relinquitur ergo, si virtus est quae facit hominem bonum & bene operantem, quod sit in medio. Deinde cum dicitur.

LECTIO VI.



Portet non solum ita dicere virtutem habitum esse, sed etiam qualisnam habitus sit.

Dicendum est igitur omnem virtutem & id ipsum cuius est virtus bene se habere facere, & opus ipsius reddere bene. Oculi namque virtus, & oculus, & opus ipsius studiosum facit. Quippe cum videamus virtute oculi bene. Virtus in eadem equi studiosum efficit equum, & bonum ad currendum portandumque equitem, & expectandum etiam hostem. Quod si id ipsum ita se habet in omnibus, & virtus ipsius etiam hominis habitus is erit, a quo bonus efficitur homo, & quo bene suum opus ipse reddet efficietque.

Quomodo autem id erit, & antea quidem diximus.

Et nunc etiam magis patebit, si contemplabimur qualis nam sit ipsius virtutis natura. In omni itaque re continua diuisibilique, aliud plus, aliud minus, aliud aequale, vel ex parte ipsius rei, vel respectu nostri accipi potest. Aequale autem, medium est quoddam inter exuperationem atque defectum.

Atque rei quidem ipsius medium id esse dico, quod ab extremorum utroque distat. Idque est apud omnes unum & idem. Respectu autem nostri, quod neque exuperat, neque deficit. Idque non est apud omnes unum & idem.

Si decem sint multa, & duo pauca, sex ipsius rei media capiuntur, aequae namque excedunt & exceduntur. Atque hoc in Arithmeticae comparatione, rationum medium esse constat.

Medium secundum rem est, quod equaliter distat ab utroque extremorum. Et quia consideratur secundum quantitatem absolutam rei, idem est quo ad omnes. Sed medium quo ad nos est, quia neque superabundat, neque deficit a debita proportione ad nos. Et propter hoc, istud medium non est idem quo ad omnes. Sicut si accipiatur in calceo medium quo ad nos, quod neque excedit mensuram pedis, neque deficit. Et quia non omnes habent eandem quantitatem pedis &c. Hoc medium non est idem quo ad omnes. Deinde cum dicitur.

Manifestat quod dixerat per exempla. Et primo de medio rei, quod equaliter distat ab extremis, sicut sex media accipiuntur inter

¶ Probat idem naturam virtutis &c. Et circa hoc tria facit. Primo praemittit quaedam quae sunt necessaria ad propositum ostendendum. Secundo, concludit propositum, ibi. ¶ Si itaque omnis scientia &c. ¶ Tertio, exponit conclusionem, ibi. ¶ Dico autem morale &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo proponit ea, quae sunt necessaria ad propositum ostendendum. Secundo manifestat quod dixerat, ibi. ¶ Dico vti que &c. ¶ Dicit ergo primo, quod adhuc magis manifestum erit, qualiter efficiuntur boni & bene operantes, si consideremus qualis sit natura virtutis. Ad cuius evidentiam oportet praecipere, quod tria quaedam, id est plus, & minus, & aequale, tam in contingentiis quam in quolibet alio diuisibili, contingit accipere, siue diuidatur secundum numerum, sicut omnia diuisibilia, siue per intentionem, siue per intentionem & remissionem qualitatibus in subiecto. Haec autem tria ita se habent, quod aequale est medium inter plus, quod pertinet ad superabundantiam, & minus, quod pertinet ad defectum. Et hoc quidem potest dupliciter accipi. Vno modo secundum absolutam quantitatem rei. Alio modo secundum proportionem eius ad nos. Deinde cum dicitur. ¶ Manifestat quod dixerat de differentia secundum rem, & quo ad nos. Et primo per rationem. Secundo per exempla, ibi. ¶ Puta si &c. ¶ Dicit ergo primo, quod medium secundum rem est, quod equaliter distat ab utroque extremorum. Et quia consideratur secundum quantitatem absolutam rei, idem est quo ad omnes. Sed medium quo ad nos est, quia neque superabundat, neque deficit a debita proportione ad nos. Et propter hoc, istud medium non est idem quo ad omnes. Sicut si accipiatur in calceo medium quo ad nos, quod neque excedit mensuram pedis, neque deficit. Et quia non omnes habent eandem quantitatem pedis &c. Hoc medium non est idem quo ad omnes. Deinde cum dicitur.

Lectio. 6.

aur inter decem, quae sunt multa, & duo, quae sunt pauca, quia aequaliter sex exceduntur a decem & excedit duo, sicut in quatuor. Medium autem, quod sic accipitur in numeris secundum quod distat a duobus extremis, dicitur esse secundum Arithmeticae proportionem, quae considerat ipsam numeri quantitatem. Medium autem, quod accipitur secundum aequalitatem proportionis quo ad nos, dicitur esse secundum Geometricam proportionem, ut infra patebit in Quinto. Secundo ibi.

¶ Quo autem ad nos, non ita sumendum. Non enim alicui si decem minas comedere multum. Duas autem paucum, magister sex minas praecipiet. Est enim forsitan & hoc multum sumenti, vel paucum. Miloni enim quidem paucum, dominatori autem Gymnasiorum multum. Similiter & in cursu & in palestra. Ita vti que omnis sciens superabundantiam fugit, medium autem quarit & hoc desiderat. Medium autem, non quod rei, sed quo ad nos.

Si vti que omnis scientia sic opus bene perficit ad medium respiciens, in hoc ducens opera. unde consuevit dicere bene habentibus operibus, quoniam, neque auferre est, neque apponere, ut superabundantiam quidem & defectum corrumpente, bene autem medietate saluante, boni autem artifices, viximus, ad hoc respicientes operantur. Virtus autem omni arte exactior est & praestantior, quemadmodum & natura. Ipsa profecto virtus medijs ipsius est coniectrix.

Dico autem moralem. Haec enim vti que erit circa passionem & operationes. In his enim est superabundantia & defectus, & medium. Puta & audere, & timere, & concupiscere: & auertere, & irasci, & misereri, & vniuersaliter delectari, & tristari est, & magis & minus. Et vtraque non bene. Quando autem oportet & i quibus, & ad quos, & cuius gratia, & ut oportet, & medium & optimum, quod est in virtute. Similiter autem circa operationes est superabundantia & defectus & medium. Virtus autem circa passionem & operationes est. In quibus quidem superabundantia vitiosa est, & defectus vituperatur. Medium autem laudatur & dirigunt. Haec autem ambo virtutis. Medietas quaedam ergo est virtus coniectrix existens medijs.

Ex praemissis argumentatur in hunc modum. Omnis scientia operatiua bene perficit opus suum, ex hoc, quod secundum intentionem respicit ad medium, & secundum executionem ope-

ra sua perducit ad medium. Et huiusmodi signa accipi possunt ex hoc, quod homines quando aliquod opus bene se habet, consueverunt dicere, quod nihil est addendum, vel minuendum, dantes per hoc intelligere, quod superabundantia & defectus corrumpunt bonitatem operis, quae saluatur in medietate. Unde & boni artifices, sicut dictum est, operantur respicientes ad medium. Sed virtus est certior omni arte, & etiam melior, sicut & natura. Virtus enim moralis agit inclinat do determinate ad vnum, sicut & natura. Nam consuetudo in naturam vertitur. Operatio autem artis est secundum rationem, quae se habet ad diuersa. Unde certior est virtus, quam ars, sicut & natura. Similiter etiam virtus est melior, quam ars, quia per artem est homo potens facere bonum opus, non tamen ex arte est ei, quod faciat bonum opus, potest enim prauum opus agere, quia ars non inclinatur ad bonum vsum artis, sicut grammatica potest incongrue loqui. Sed per virtutem aliquis non solum potest bene operari, sed etiam bene operans, quia virtus inclinatur ad bonam operationem, sicut & natura. Ars autem sola facit cognitionem solum bonae operationis. Unde relinquatur a minori, quod virtus, quae est melior arte, sit coniectrix medijs. Deinde cum dicitur.

¶ Ad id quod est nostra ex parte medium, non eodem sumendum est modo. Non enim sicut decem quidem minas comedere nimium est, duas autem parum, sex et minas ludimagister praecipiat. Est enim & hoc iustissime nimium ei, qui accepturus est, aut parum. Miloni namque parum est. Simili modo res se habet in cursu ac in palestra. Hoc igitur modo quibus artifex exuperationem quidem fugit atque defectum, medium autem quarit & expectat, non quidem rei, sed quod ad nos medium dicitur.

Quod si omnis scientia suum hoc modo bene conficit opus, ad medium ipsum respiciens & in hoc sua redigens opera. Unde & dicitur in istis, quae bene se habent operibus, nec auri ferri quicquam, nec addi posse, proptereaque bonum ipsum corrumpunt nimium & parum, mediocritas vero conseruat. At boni artifices ad hoc respicientes, ut diximus, operantur. Virtus autem omni arte exactior est & praestantior, quemadmodum & natura. Ipsa profecto virtus medijs ipsius est coniectrix.

Loquor autem de morum virtute. Haec enim circa affectus actusque versatur, in quibus est nimium & parum & medium. Fit enim, ut magis & minus quisquam, & metuat, & confidat, & cupiat, & abhorreat, & irascatur, & misereatur, & omnino delectetur ac doleat. Et vtroque modo non bene. Et etiam quando oportet & pro quibus, & ad quos & cuius gratia, & ut oportet. Hoc autem medium est & optimum, quod est ipsius virtutis. Similiter circa actus nimium est, & parum, & medium. Virtus autem circa affectus actusque versatur, in quibus exuperatio quidem peccatum est, & defectus vituperatur, medium autem laudatur & recte conficitur, quorum utrumque virtutis ipsius est. Virtus igitur mediocritas est quaedam, cum sit ipsius medijs coniectrix.

si aliquis timeat & audeat, & sic de alijs, quae oportet, & in quibus oportet, & ad quos oportet, & cuius gratia oportet, & eo modo quo oportet, hoc est medium in passionibus. Et in hoc consistit optimum virtutis. Et similiter circa operationes est superabundantia & defectus & medium. Virtus autem moralis circa passionem & operationes est, sicut circa materiam propriam, ita quod in eis superabundantia est vitiosa & defectus vituperabilis, sed medium laudatur & recte se habet. Haec autem duo ad virtutem

virtutem pertinet, scilicet rectitudo, quæ opponitur peruersitati...

LECTIO VII. LECTIO VII.

Rem ipsis duabus rationibus, hic ponit Philosophus...

Dhuc, peccare quidem multis modis dicitur. Malum enim est infinitum...

b Est igitur virtus habitus electius in medietate existens...

c Medietas autem duarum malitiarum. Huius quidem, secundum superabundantiam...

d Et adhuc, huic has quidem deficere, has autem superabundantiam...

e Propter quod, secundum substantiam quidem & rationem quod quid est esse dicentem...

Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quorum sit medietas. Secundo respectu cuius attendatur medietas...

lectio. 5.

tangit cum dicit, electius, id est secundum electionem operans...

LECTIO VII.

Reterea, peccare quidem multis modis contingit. Malum enim est infinitum...

Est igitur virtus habitus electius in medietate existens...

Medietas autem duorum est virtutum: unius per exuperationem...

Et ex eo etiam quia illa quidem parum deficiunt, parum exuperant...

Quapropter ipsa virtus essentia quidem & ratione quid est dicente...

Primo ostendit quorum sit medietas. Secundo respectu cuius attendatur medietas...

Ostendit, respectu cuius attenditur superabundantia & defectus & medium...

Infert quoddam corollarium ex dictis, scilicet quod virtus, secundum tuam substantiam...

lect. 7.

reclam, malum autem utriusque vitio, scilicet superabundantia, & inquantum recedit a ratione recta...

Simile igitur attribuenti, & circa iniusta facere & timere, & incontinentem esse...

Quemadmodum autem temperantia & fortitudinis non est superabundantia & defectus...

LECTIO VIII.

Portet autem non solum vniuersaliter dici, sed & de his, quæ sunt secundum singula aptare...

Vnde & circa hoc, non contingit aliquid recte se habere, qualitercumque hoc operetur...

oportet, ut sic fiat bene, male autem, quando secundum quod non oportet...

Non autem omnis actus, nec omnis affectus suscipit mediocritatem. Sunt enim affectus nonnulli qui continuo nomine suo sum cum prauitate...

Simile igitur est & circa iniustitiam similitatem, & luxuriam mediocritatem ponendam esse censere...

ut temperantia fortitudinisue non est exuperatio atque defectus, quia medium ipsum est modo quodam extremum...

LECTIO VIII.

Enim id ipsum non solum vniuersaliter dicere, sed ad ipsa singula etiam accommodare oportet...

Circa timores quidem igitur &c. Dicit ergo primo, quod oportet non solum dici vniuersaliter...

LECTIO VIII.

Quam Philosophus ostendit quid est virtus in generaliter, hic manifestat distinctionem positam in speciali per singulas virtutes...

veri. Et huius rationem assignat, eo quod operationes sunt circa singularia. Et ita oportum est, quod sermones qui sunt de operabilibus, concordent cum particularibus. Si ergo dicantur sermones operationum solum in vniuersali, erunt in vanum, Tu quia non consequuntur finem suum qui est directio particularium operationum.

Libro. 1. Lectio. 3.

b Circa quidem igitur timores & audacias, fortitudo est medietas. Superabundantium autem, qui intimiditate quidem, innominatus. Multa enim sunt innominata. Qui autem in audere superabundat, audax. Qui autem in timere superabundat, in audere vero deficit, timidus.

c Circa delectationes autem & tristitias non omnes. Minus autem & circa tristitias, medietas quidem temperantia. Superabundantia autem intemperantia. Deficientes autem circa delectationes non multum sunt, propter quod, isti nomina non sunt sortiti. Sunt autem insensibiles.

d Circa dationem autem pecuniarum & circa acceptionem, medietas quidem liberalitas. Superabundantia autem & defectus, prodigalitas & illiberalitas. Contrarij autem & haec superabundant

Et primo ostendit in virtutibus. Circa primum considerandum est, quod virtutes dupliciter aliqui distinxerunt. Quidam enim attendunt distinctionem earum, secundum quosdam generales modos virtutum, qui quidem sunt quatuor. Nam radix virtutis consistit in ipsa rectitudine rationis, & secundum eam oportet quascumque actiones & passiones dirigere. Aliter tamen sunt dirigibiles actiones, quam passiones. Nam actiones quantum est de se, non habent aliquam resistitiam ad rationem, sicut emptio & venditio, & alia huiusmodi. Et ideo circa eas non requiritur nisi quod ratio, quandam aequalitatem rectitudinis statuatur. Sed passiones important inclinationem quandam, quae potest repugnare rationi dupliciter. Vno modo ex eo, quod ratione trahit ad aliud, sicut patet de omnibus passionibus, quae pertinent ad prosecutionem appetitus, sicut concupiscentia spes, ira, & alia huiusmodi. Et circa has passiones, oportet quod ratio rectitudinem statuatur reprimendo & retinendo eas. Alio modo ex eo, quod passio retrahit ab eo quod est secundum rationem, vt in omnibus passionibus, quae important fugam appetitus, sicut timor, odium, & similia. Et in huiusmodi passionibus, oportet quod ratio rectitudinem statuatur, firmando animum in eo, quod est secundum rationem. Et secundum hoc, quatuor nominamus virtutes, quae a quibusdam principalibus dicuntur. Nam ad prudentiam pertinet ipsa rectitudo rationis. Ad iustitiam vero, aequalitas in operationibus constituta. Ad fortitudinem autem, firmitas animi. Ad temperantiam, repressio passionum, sicut ipsa nomina sonant. Quidam igitur istas virtutes generaliter acceperunt, putantes omnem cognitionem veritatis ad prudentiam pertinere, omnium aequalitatem actionum ad iustitiam, omnem firmitatem animi ad fortitudinem, & omnem refrenationem vel repressionem ad temperantiam. Et sic locuti sunt de his virtutibus. Tullius & Seneca, & alij quidam. Vnde posuerunt has virtutes esse quasi generales, & dixerunt omnes virtutes esse earum species. Sed in a virtutum distinctione, non videtur esse conueniens. Primo quidem, quia praedicta quatuor sunt talia, sine quibus nulla virtus potest esse. Vnde per hoc non possunt species virtutis diuersificari. Secundo, species virtutum & virtutum non accipiuntur ex parte rationis, sed ex parte obiecti, vt supra dictum est. Et ideo conuenientius Arist. virtutes distinxit secundum obiecta, sicut secundum materias. Et sic praedictae virtutes quatuor, non dicuntur principales, quia sunt generales, sed quia species earum accipiuntur secundum quaedam principalia, sicut prudentia, quae non est circa omnem cognitionem veri, sed specialiter circa actum rationis qui est percipere iustitiam

Lectio. 7.

Et ita autem non est circa omnem aequalitatem actionum, sed solum in his, quae sunt ad alcerum, vbi melius est aequalitatem constitueri. Fortitudo non est circa quamlibet firmitatem, sed solum in timoribus periculorum moris. Temperantia non est circa omnem refrenationem, sed solum in concupiscentijs & delectationibus tactus. Aliae vero virtutes sunt quaedam secundariae. Et ideo possunt reduci ad praedictas, non sicut species ad genera, sed vt secundariae ad principales. His igitur praesuppositis, sciendum est, quod de iustitia, & prudentia, hic Philosophus non agit, sed infra in quinto & sexto. Agit autem de temperantia & fortitudine, & quibusdam alijs secundarijs virtutibus.

Circa timores itaque fiduciae me diocritas quidem est fortitudo. At exuperantium, is quidem qui non timendo exuperat, nomine caret. Sum autem complura, quae nominibus vacant. Is autem qui confidendo exuperat, audax est. At is qui timendo quidem exuperat, confidendo autem deficit, timidus.

Circa voluptates atque dolores non omnes quidem, & minus circa dolores, mediocritas quidem est temperantia, exuperatio autem intemperantia. At deficientes circa voluptates pauci sunt. Quapropter, nec his est positum nomen: sed insensati vocantur.

Circa dandas capiendaeque pecunias, mediocritas quidem est liberalitas. Nihilum atque parum prodigalitas, & illiberalitas, quibus contrario modo exuperant & deficient homines. Prodigus enim in erogandis,

quae pertinent ad exteriora bona, ibi. Circa dationem autem pecuniarum & circa acceptionem &c. Tercio de illis, quae respiciunt exteriores actus, ibi. Sunt autem & alij tres medietates &c. Circa primum duo facit. Primo loquitur de fortitudine, quae respicit pericula in termentia vitam. Secundo, de temperantia, quae respicit ea, quae sunt utilia ad conseruandam vitam, scilicet cibos, quibus conseruatur vita in individuo, & ueneria, quibus conseruatur in specie, ibi. Circa delectationes autem & tristitias &c. Dicit ergo primo, quod fortitudo est medietas circa timores & audacias, in quantum, scilicet respicit pericula mortis. Sed eorum, qui superabundanter, ille qui superabundat in hoc, quod est esse intimidum, qui etiam deficit in timido, est innominatus, quia raro hoc accidit. Et multa similitudo sunt innominata propter hoc, quod homines ea non aduertunt communiter, vt sic ipsi nomina imponerent. Ille vero qui superabundat in audendo, uocatur audax. Et deficit ab intimido. Nam ille dicitur secundum defectum timoris, audax autem secundum excessum audacie. Ille vero qui superabundat in timido, & deficit in audendo, uocatur timidus. Deinde cum dicit

Lectio. 9.

Lectio. 6.

Inducit de temperantia. Et dicit quod temperantia est medietas, non circa omnes delectationes & tristitias, sed circa eas, quae sunt tactus pertinentes ad cibos & ueneria. Nam huiusmodi tristitia causantur ex sola absentia delectationum. Superabundantia autem in talibus uocatur intemperantia. Sed defectus non multum fit propter hoc, quod omnes naturaliter appetunt delectationem. Et inde est, quod iste defectus est innominatus. Sed ipse imponit nomen, & uocat tales insensibiles, eo quod huiusmodi delectationes sensu percipiuntur. Et ideo ille, qui refugit has delectationes praeter rationem rectam, conuenienter uocatur insensibilis. Deinde cum dicit

Lectio. 9.

Introducitur de uirtutibus, quae respiciunt exteriora. Et primo de his, quae sunt circa concupiscentias exteriorum bonorum. Secundo de uirtute, quae respicit exteriora mala, ibi. Est autem & circa iram &c. Exteriora autem bona, sunt diuitiae & honores. Primo igitur introducitur de uirtutibus, quae respiciunt diuitias; Secundo de his, quae respiciunt honores, ibi. Circa autem &c. Circa primum duo facit. Primo introducitur de liberalitate, quae est circa mediocres diuitias. Secundo, de magnificentia, quae est circa magnas, ibi. Circa pecunias autem &c. Dicit ergo primo, quod liberalitas est medietas circa dationem & acceptionem pecuniarum. Sed prodigalitas & illiberalitas se habent secundum superabundantiam, & defectum contrario modo. Nam prodigus

superabundat in datione & deficit in acceptione. Illiberalis autem e contrario, superabundat in acceptione, & deficit in datione. Haec autem hic dicuntur typo, id est exemplariter, & in capitulo, id est summarie, sed postea & de his, & de alijs determinabitur certius. Deinde cum dicit

Introducitur de magnificentia. Et dicit, quod praeter praedictas dispositiones, vt liberalitas & opposita uicia, sunt etiam quaedam aliae circa pecunias, circa quas etiam magnificentia est medietas quaedam. Sed differt magnificus a liberali, in hoc quod magnificus est circa magna, sed liberalis est circa parua. Sed superabundantia respectu magnificentiae uocatur apyrocalia, ab a, quod est sine & pyros, quod est experientia & calos bonum, quasi sine experientia boni, quia scilicet multum expendentes, non curat qualiter bene expendat: uocatur etiam haec superabundantia, banauis, a banos, quod est fornax, quia scilicet ad modum fornacis omnia consumit. Sed defectus uocatur paruificencia. Et haec etiam extremitates differunt ab his, quae contrariantur liberalitati. Quomodo autem differant, dicitur postea in quarto.

Circa pecunias autem & alij dispositiones sunt. Medietas quidem magnificentia. Magnificus enim differt a liberali. Hic quidem enim circa magna, hic autem circa parua. Superabundantia autem apyrocalia & banauis. Defectus uero paruificencia. Differunt autem haec ab his, quae circa liberalitatem. Quomodo autem differant, posterius dicitur.

LECTIO IX.



I Circa honorem autem & inhonorationem, medietas quidem magnanimitas. Superabundantia autem chapnotes quaedam dicta. Defectio autem pusillanimitas.

LECTIO IX.



Positus virtutibus, quae respiciunt diuitias, hic ponit virtutes, quae respiciunt honores. Et primo ponit uirtutem, quae respicit magnos honores. Secundo uirtutem, quae respicit mediocres, ibi. Sicut autem dicitur &c. Dicit ergo primo, quod magnanimitas est medietas circa honorem, & inhonorationem. Superabundantia autem in profsequendo ea, quae pertinent ad magnum honorem, est quaedam dispositio, quae dicitur chauromos, ex eo quod ardet in ijs, quae pertinent ad appetitum honoris. Nam cauromos, incendium dicitur, sed capnos i graeco idem est quod fumus. Potest etiam si sic scribatur chapnotes dici, quasi fumositas. Conuenimus. n. eos qui nimis anhelant ad ascendendum aliqua alta uel magna, uocare ventrosos uel fumosos. Sed defectio opposita magnanimitati uocatur pusillanimitas. Deinde cum dicit

ponit aliam uirtutem, quae est circa mediocres honores. Et dicit, quod sicut dictum est, quod liberalitas differt a magnificentia in eo quod liberalitas est circa parua, cum magnificentia sit circa magna, ita etiam ad magnanimitatem, quae est circa magnum honorem, se habet quaedam uirtus, quae est circa honorem paruum. Et quod circa hoc oporteat esse aliquam uirtutem in medio existentem, manifestat per hoc quod subdit, quod continet etiam mediocrem honorem appetere, si cur oportet, quod pertinet ad medium uirtutis, & magis quam oportet, quod pertinet ad superabundantiam, & minus quam oportet, quod pertinet ad defectum. Ille autem qui superabundantiam desiderio honoris, uocatur philotimus, id est amator honoris. Ille uero, qui deficit in desiderio honoris, uocatur apilotimus, id est sine amore honoris. Ille autem, qui medio modo se habet, est innominatus. Et similiter dispositiones, id est habitus uirtutum, aut uirtutis mediae, sunt innominatae. Postsumus tamen fingere nomina, uocantes dispositionem qua quis est philotimus, philotimia, & dispositionem qua quis dicitur apilotimus, apilotimiam. Sed quia medium non est nominatum, ideo illi qui sunt in extremo, contendunt de media regione & uterque se dicit esse in medio existentem. Quod manifestat, & loquitur ad similitudinem duarum ciuitatum, inter quas folet esse contentio de medijs finibus, quoniam non est certus limes praefixus, dum utraque dicitur territorium medijs ad se pertinere. Sed quia hoc fere commune est in omnibus uitijs, quod uterque extremorum reputat se esse in medio & uirtuosum in altero extremo, sicut timidus reputat forte audacem, quem audax reputat timidum, eo sequenter ponit quod est proprium in hac materia, quia non solum uitijs ascribunt sibi nomen uirtutis, sed etiam uirtutis propter hoc quod medium uirtutis est innominatum, vt autur nomine uitijs, quasi nomine uirtutis. Et hoc est quod subdit, quod etiam nos rationabiliter loquentes, quandoque illum, qui est in medio uocamus philotimum, & quandoque uocamus illum apilotimum

do exuperat, in capiendo deficit. At illiberalis atque auarus in capiendo exuperat, in erogando deficit. Atque de hisce nunc quidem figura loquimur, & in summa hoc ipso contentum. Postea uero, exactius de ipsis determinabimus.

Sunt et alia circa pecunias dispositiones, & mediocritas quidem est magnificentia. Differt enim haec a liberali magnificentia, quod hic circa magna, ille circa parua uersatur. Exuperatio autem ruditas circa decorum, atque sorditas, & defectus circa decorum pusillitas. Atque haec differunt ab his, quae circa liberalitatem diximus esse, & differentiam posterius explicabimus.

LECTIO IX.



I Circa honorem & eius oppositum mediocritas quidem est magnanimitas. Exuperatio uero leuitudo quaedam, & defectus pusillanimitas dicitur.

Lect. 7.

Et dicit, quod etiam in amicitia vtilis & delectabilis, multi permanent in amicitia, si vnus diligat mores alterius, sicut luxuriosus diligit mores alterius luxuriosi, vel vnus cupidus lucri, diligit mores alterius, non quod tales mores sint secum diligibiles, sed secundum consuetudinem, in quantum scilicet ambo sunt similes consuetudinis, similitudo autem est per se causa amicitiae nisi per accidens impediatur priusquam bonum, ut supra dictum est, unde cum mores mali ex consuetudine acquiruntur permanentes, sequitur quod talis amicitia sit permanentia. Deinde cum dicit.

Ponit modum, quo amicitia deficit in permanente, & dicit, quod illi qui in amabilibus, non recompensant delectabile pro delectabili, sed vtile pro delectabili, sunt minus amici propter minorem similitudinem, unde minus permanent in amicitia. Deinde cum dicit.

Comparat permanentiam vtriusque amicitiae, & dicit, quod illi qui sunt amici propter vtile, simul separantur ab amicitia cessante vtilitate, quia non erant ad invicem amici sui ipsorum, sed vtilitatis: delectatio autem magis provenit ab ipso amato, secundum seipsum, quam vtilitas, quae est quodammodo secundum aliquam rem exteriori. Deinde cum dicit.

Ponit duas differentias duarum amicitiarum ad perfectam. Primo ergo concludit ex praemissis, quod propter delectationem, & vtilitatem possunt sibi inuicem fieri amici homines cuiuscumque conditionis, scilicet boni bonis, & mali malis, & est illi qui non sunt virtuosus, nec vtilis, & ad vtroque libet, & ad invicem, sed in perfecta amicitiam, quia homines propter seipsum amant, non propter fieri amici autem boni,

Maxime autem & tales amicitiae permanent, cum aequale sit ab utroque, & voluptas, & non solum hoc modo, sed etiam ab eodem, ut inter facetos fit, & non inter amatorem ac adamatum: hi namque non delectantur eisdem, sed ille quidem aspectu gaudet adamat, hic autem obsequio amatoris: desinente vero pulchritudine, amicitia quoque nonnumquam desinit, illi namque aspectus non est iucundus, huic autem obsequium non praestatur.

Plerique autem in amicitia permanent, si ex consuetudine mores diligunt, eosdem mores habentes.

Sed qui non voluptatem in amabilibus, sed utilitatem commutant, ij & minus sunt amici, & minus permanent.

Qui vero sunt ob utilitatem amici, ii si simul cum utilitate dissolvuntur, non enim hi sese mutuo, sed utilitatem amabant.

Fit igitur, ut in pravi pravis, & boni pravis, & neutri quibusvis

uicem amici sui ipsorum, sed vtilitatis: delectatio autem magis provenit ab ipso amato, secundum seipsum, quam vtilitas, quae est quodammodo secundum aliquam rem exteriori. Deinde cum dicit.

Ponit duas differentias duarum amicitiarum ad perfectam. Primo ergo concludit ex praemissis, quod propter delectationem, & vtilitatem possunt sibi inuicem fieri amici homines cuiuscumque conditionis, scilicet boni bonis, & mali malis, & est illi qui non sunt virtuosus, nec vtilis, & ad vtroque libet, & ad invicem, sed in perfecta amicitiam, quia homines propter seipsum amant, non propter fieri amici autem boni,

Ethi. S. Tho.

quis

amicis propter ipsos amicos, nam si eis vellent bona propter se...

Et amantes amicum, quod ipsi bonum amat, bonus enim amicus factus, bonum fit cui amicus...

LECTIO VI.

In seueris autem, & senibus minus fit amicitia, quanto magis discolori sunt...

Multis autem esse amicum, secundum perfectam amicitiam non contingit, quemadmodum neque amare multos simul...

Multos autem simul eidem placere valde non facile, forte autem neque bonum esse.

LECTIO VI.

Quam Philosophus distinguit diuersas amicitiae species, hic determinat de huiusmodi amicitijs per comparationem ad subiectum, quod sunt ipsi amici...

gaudent. Et eadem ratio est de seueris, qui scilicet sunt litigiosi, & mordaces eorum, quae ab alijs aguntur...

Et amantes amicum, id amant, quae sibi ipsi est bonum, ut enim bonus factus amicus, bonum fit ei...

LECTIO VI.

In seueris autem atque senibus tanto minus fit amicitia, quanto difficilius sunt...

Non fit autem ut amicitia perfecta multis quisquam sit amicus, quemadmodum, nec ut complures simul ad amem...

Multos vero eidem vehementer placere non facile est, fortasse autem, nec bonum esse.

Oportet autem & experientiam accipere, & consuetudinem fieri, quod quidem est perdifficile.

Ob utilitatem autem, ac voluptatem multis placere, quis potest, complures enim sunt tales, & subministraciones manifeste breui in tempore fiunt.

de inimicem sibi placent, sed non est facile, quod simul eidem multi ualde placeant, quia non multi inueniuntur...

Quae talis est. In amicitia perfecta oportet ex assuetudine experientiam accipere de amico, hoc autem est ualde difficile...

Ostendit, quod in alijs duabus amicitijs, quae scilicet sunt propter utile & delectabile, contingit quod homo habeat multos amicos...

multi inueniuntur tales, qui possunt esse viles, & delectabiles. Secundo, quia non requiritur experientia longi temporis...

Comparat amicos duarum amicitiarum adinuicem. Et primo proponit, quod intendit, & dicit, quod inter amicos praedictos, qui possunt esse multi...

Horum autem magis videtur amicitia, quae propter delectabile cum eadem ab ambobus fiat & gaudeant adinuicem...

Magis quidem enim in his liberalibus, quae autem propter utile negotiatorum.

Et beati autem vtilibus quidem nihil indiget delectabilibus, aut forte, conuicere non uolunt aliquibus. Triste autem paucum quidem tempus ferunt, continue autem utique nullus sustineret...

Propter quod amicos delectabiles quaerunt, oportet autem forte, & bonos tales existentes, & adhuc sibi ipsi existunt quae cumque oportet amicis.

Qui autem in potestatibus, diuisis videntur vti amicis, alii enim ipsi sunt viles, & alteri delectabiles, ambo autem idem non omnino.

Neque enim delectabiles cum virtute quaerunt, neque viles in bona, sed hos quidem eutrapelos, delectabile appetentes, hos autem dinos operari, quod praecipuum est, haec autem non omnino fiunt in eodem.

Delectabilis autem & vtilis simul dictum est, quoniam studiosus, sed superexcellenti non fit talis amicus...

Sunt autem igitur dictae amicitiae in aequalitate, eadem enim sunt ab ambobus, & volunt ad inuicem, vel alterum pro altero commutant...

aliquid triste pro modicum tempus, sed nullus posset continue aliquid cum tristitia sustinere, neque etiam ipsum bonum honestum si esset ei triste...

Inter quoddam correlarij ex dictis, quia enim bonum honestum si sit triste, non potest aliquis continue sustinere, inde etiam est, quod amicos propter virtutes, oportet esse delectabiles inuicem...

sic enim habebunt quae requiruntur in amicitia. Deinde cum dicitur, Agit de distinctione amicorum. Et circa hoc tria facit...

Harum autem ea magis est similis amicitiae, quae est ob voluptatem, eum eadem ab utroque proueniunt, & se se mutuo gaudent, aut eisdem, quales sunt inueniuntur amicitiae.

Inest enim magis in his liberalitas, at ea quae ob utilitatem constat, eorum est hominum, qui quaesui uacant.

Beati etiam vtilibus non indigent, sed incundis, cum quibusdam enim simul vivere uolunt, & molestum paruo quidem tempore ferunt, continuo uero nemo, nec ipsum bonum toleraret, si dolore ipsum afficeret.

Quare incundos quaerunt amicos, sed forsitan, & bonos oportet, cum sint tales, & etiam ipsis, sic enim ipsi inerunt, quae amicis inesse oportet.

Qui autem sunt in potestatibus constituti, diuisi uidentur amicis, alii enim ipsi viles, alii incundi, ut autem ambo sint idem, non nimium fit.

Neque enim cum uirtute incundos quaerunt, neque uiles ad honesta, sed facetos quidem quaerunt voluptatem appetentes, habiles autem ut agant ipsum praecipuum, atque haec homine in eodem non nimium sunt.

Studiosus autem homo incundus est simul, ut diximus, atque uilis, sed talis amicus non fit excedenti, si non & uirtute excedatur, si minus, non aequatur cum rara sit inferior ratione, non nimium autem tales fieri solent.

Haec igitur amicitiae dictae in aequalitate consistunt, eadem enim ab utroque sunt, & sibi mutuo uolunt, aut aliud pro alio, ut uoluptatem pro utilitate commutant.

uicij, tantum estimant se meliores, non autem consueuerunt inueniri tales potentes, qui etiam in uirtute excedant, aut uirtuoso deferant tanquam melioribus. Deinde cum dicitur...

Ostendit, quod praedictae amicitiae species in aequalitate consistunt. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum concludens ex praemissis, quod praedictae amicitiae in aequalitate consistunt, & quia de amicitia, quae est propter bonum, hoc est manifestum, probat propositum in amicitia uili & delectabili, quia scilicet vel eadem uolunt, & faciunt sibi inuicem, Ethic. S. Tho. 3 scilicet

LECTIO VIII.

Quam Philosophus posuit, quod amicitia in equa...

LECTIO VIII.

Uti autem videntur propter amorem honoris velle amari, magis quam amare.

Propter quod amatores adulationis multi, superexcessus autem amicus adulator, vel fingitur talis, & magis amare, quam amari.

Amari autem prope esse videtur ei, quod est honorari, quod utique multi appetunt.

Non propter seipsum autem videtur desiderare honorem, sed secundum accidens, gaudet enim multi ab his, qui in potestatibus honorari, propter spem: existimant enim adipisci ab his quo indiget, vt itaque signo bonae passionis gaudet honore, & ab epiychibus autem, & scientibus appetentes honorem, firmare enim propriam opinionem de ipsis appetunt, gaudent utique, quod sint boni, credentes dicentium iudicio.

In amari autem secundum se ipsum gaudent.

Propter quod, videbitur utique melius esse eo, quod est honorari, & amicitia secundum seipsam eligibilis esse.

Videtur autem, & in amare magis quam in amari esse, signum autem matres eo quod est amare gaudentes, quaedam enim dant filios suos nutrire, & amant quidem scientes, redamati autem non querunt, si vtraque fieri nequeat, sed satis est ipsis si in prosperitate vident illos esse constitutos, amantque illos, & si illi non possunt ob ignorantiam ea qua sunt exhibenda retribuere matri.

Magis autem amicitia existente in amare, & amicis laudatis, honorari, quod desideratur a multis, honor enim est quoddam signum bonitatis eius, qui honoratur, amatur autem vnumquodque quod est bonum, vel apparens bonum. Deinde cum dicitur, Comparat id, quod est amari, ei quod est honorari. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit, quare aliqui volunt honorari, Et dicit, quod homines videntur desiderare honorem, non propter ipsum honorem, sed per accidens. A duobus enim generibus

hominum maxime querunt homines honorari. Multi enim gaudent si honorentur a potentibus, non propter ipsum honorem, sed propter spem, quam inde concipiunt, existimant enim ab his a quibus honorantur se adepturos aliquid quo indigent, & ita gaudent de honore, quasi de quodam signo bonae passionis, id est bonae affectionis honorantium ad eos: Alij autem sunt, qui appetunt honorem ab apychibus, id est a virtuosos, & sapientibus, quia per hoc appetunt firmare propriam opinionem de sua bonitate, & ita per se gaudent de eo quod sunt boni, quasi hoc credentes iudicio proborum, qui hoc ipso quod eos honorant, videntur dicere eos esse bonos. Secundo ibi, e q Doct, quod homines gaudet de hoc quod amantur, etiam secundum seipsum, quia hoc ipsum quod est habere amicos, videtur esse praeceptum inter exteriora bona Tertio ibi, f q Concludit propositum, quare cum id quod est per se, sit potius eo quod est per accidens, sequitur ex praemissis, quod amari sit melius eo quod est honorari, in quantum amicitia est secundum se eligibilis. Deinde cu dicit, g q Ostendit in quo consistat magis amicitiae virtus, utrum in amare, vel in amari, & dicit, quod magis consistit in amare: amicitia enim dicitur per modum cuiusdam habitus, vt si pra ostensum est, habitus autem dicitur ad operationes, amare autem est bene operari, amari autem est potius quasi bene pati, vnde magis est proprium amicitiae amare quam amari, & hoc manifestat per quoddam signum, Matres. n. quorum est vehemens amicitia ad filios, delectatur magis i hoc, quod amant filios, quam quod amantur ab eis, quaedam enim matres dant suos filios alijs ad nutriendum, & scientes eos esse filios, amant eos, non tam multum querunt quod ab eis reantur, quia hoc fieri non potest, sed videntur eis sufficere, quod videant quod bene agant, & bene se habeant, & ita amant filios, quamuis ipsi non possint attribuire matri conuenientem amorem propter ignorantiam, quia scilicet ignorant eas esse matres. Deinde cum dicit, h q Ostendit, quomodo per hoc quod est amare secundum dignitatem, sive proportionaliter, amicitia conferatur. Et primo ostendit, quomodo amicitia sit permanens, secundum hoc quod est amare proportionaliter. Secundo comparat quantum ad praedicta diuersas amicitiae species, ibi, f Maxime quidem eorum, & c. Dicit ergo primo, quod in amicitia magis consistit in amare quam in amari, amari laudatur, ex hoc quod amant, non ex eo quod amantur. Hae enim eius amantium. Et quia vniuersis laudatur secundum propriam virtutem, consequens est, quod amatoris virtus attendatur secundum hoc, quod est amare. Et ideo in quibuscumque hoc continetur quod amant amicos, secundum proportionem dignitatis eorum, tales permanent amici, & eorum amicitia est perseverans. Sic enim dum se invicem amant secundum suam dignitatem, etiam illi qui sunt inaequalis conditionis poterunt esse amici, quia per hoc aequabitur, dum vnus eorum, quo magis deficit in bonitate aut in quacumque excellentia, eo plus amat, & ita abundanter amoris recompensat defectum conditionis. Et sic per quaedam aequalitatem & similitudinem, quae proprie pertinet ad amicitiam sunt, & perseverant amici. Deinde cum dicit, k q Comparat diuersas amicitiae species secundum praedicta. Et primo ostendit quae amicitia sit maxime permanens, & dicit, quod similitudo quae est amicitiae factiva & conservativa, maxime videtur esse inter virtuosos. Ipsi enim & permanent similes in seipsis, quae non de facili mutantur ab vno in aliud, & permanent etiam in amicitia adinuicem. Et hoc ideo, quia vnus eorum non indiget quod alius pro eo faciat aliquid praui, quod esset contra facientis virtutem: et neuter eorum sic alteri seruit de aliquo praui. Sed si potest dici, quod inter virtuosos sit aliquid praui, magis vnus eorum prohibet alterum praue operari. Ad bonos enim pertinet, quod neque ipsi peccent, neque sustineant quod amici eorum peccata exhibeant. Secundo ibi, l q Ostendit quae amicitia sit minime permanens. Et dicit, quod homines mali, non habent aliquid firmum & stabile in seipsis. Quia enim malitia cui insistant est secundum seipsam odibilis & ita affectus variatur dum nihil inueniunt, in quo volentes eorum quiescere possint, ita neque sibi ipsi diu permanent similes. Sed volunt contraria eorum, quae prius voluerunt, & sic ad paucum tempus sunt amici, quamdiu scilicet gaudent malitia, in qua concordant. Tertio ibi, m q Ostendit, quae amicitia circa hoc medio modo se habeat.

LECTIO VIII.

Leuque autem ob ambitionem magis amari, quam amare velle videntur.

Quapropter plerique amant ipsos adulares. Adulator enim inferior est amicus, aut fingit se talem, & magis amare, quam amari.

Amari autem propinquum huic esse constat, affici inquam honore, quod quidem plerique affectant.

Non per se autem, sed per accidens videtur honorem appetere, nam plerique gaudent cum honorantur ab his, qui sunt in potestatibus propter spem, putant enim se si quo indigeant id ab illis impetraturos, gaudent igitur ipso honore, vt signo beneficii suscipiendi, qui autem appetunt a bonis uiris, atque scientibus honorari, confirmare opinionem eam quam ipsi habent de se affectant, gaudent igitur, quia sunt boni, credentes eorum iudicio, qui id dicunt.

Amari autem per se gaudent.

Quapropter praestabilis ipsum erit, quam honorari, & amicitia expectanda per seipsam esse.

Videtur autem magis in exhibendo amorem, quam in suscipiendo consistere, argumeto sunt matres, amando gaudentes, nonnullae namque suos tollendos filios dant, & amant quidem scientes, vt amentur autem ab illis non querunt, si vtrumque fieri nequeat, sed satis est ipsis si in prosperitate vident illos esse constitutos, amantque illos, & si illi non possunt ob ignorantiam ea qua sunt exhibenda retribuere matri.

Cum igitur amicitia magis in amando consistat, & laudentur, qui amant

quod ab eis reantur, quia hoc fieri non potest, sed videntur eis sufficere, quod videant quod bene agant, & bene se habeant, & ita amant filios, quamuis ipsi non possint attribuire matri conuenientem amorem propter ignorantiam, quia scilicet ignorant eas esse matres. Deinde cum dicit, h q Ostendit, quomodo per hoc quod est amare secundum dignitatem, sive proportionaliter, amicitia conferatur. Et primo ostendit, quomodo amicitia sit permanens, secundum hoc quod est amare proportionaliter. Secundo comparat quantum ad praedicta diuersas amicitiae species, ibi, f Maxime quidem eorum, & c. Dicit ergo primo, quod in amicitia magis consistit in amare quam in amari, amari laudatur, ex hoc quod amant, non ex eo quod amantur. Hae enim eius amantium. Et quia vniuersis laudatur secundum propriam virtutem, consequens est, quod amatoris virtus attendatur secundum hoc, quod est amare. Et ideo in quibuscumque hoc continetur quod amant amicos, secundum proportionem dignitatis eorum, tales permanent amici, & eorum amicitia est perseverans. Sic enim dum se invicem amant secundum suam dignitatem, etiam illi qui sunt inaequalis conditionis poterunt esse amici, quia per hoc aequabitur, dum vnus eorum, quo magis deficit in bonitate aut in quacumque excellentia, eo plus amat, & ita abundanter amoris recompensat defectum conditionis. Et sic per quaedam aequalitatem & similitudinem, quae proprie pertinet ad amicitiam sunt, & perseverant amici. Deinde cum dicit, k q Comparat diuersas amicitiae species secundum praedicta. Et primo ostendit quae amicitia sit maxime permanens, & dicit, quod similitudo quae est amicitiae factiva & conservativa, maxime videtur esse inter virtuosos. Ipsi enim & permanent similes in seipsis, quae non de facili mutantur ab vno in aliud, & permanent etiam in amicitia adinuicem. Et hoc ideo, quia vnus eorum non indiget quod alius pro eo faciat aliquid praui, quod esset contra facientis virtutem: et neuter eorum sic alteri seruit de aliquo praui. Sed si potest dici, quod inter virtuosos sit aliquid praui, magis vnus eorum prohibet alterum praue operari. Ad bonos enim pertinet, quod neque ipsi peccent, neque sustineant quod amici eorum peccata exhibeant. Secundo ibi, l q Ostendit quae amicitia sit minime permanens. Et dicit, quod homines mali, non habent aliquid firmum & stabile in seipsis. Quia enim malitia cui insistant est secundum seipsam odibilis & ita affectus variatur dum nihil inueniunt, in quo volentes eorum quiescere possint, ita neque sibi ipsi diu permanent similes. Sed volunt contraria eorum, quae prius voluerunt, & sic ad paucum tempus sunt amici, quamdiu scilicet gaudent malitia, in qua concordant. Tertio ibi, m q Ostendit, quae amicitia circa hoc medio modo se habeat.

Amicorum virtus amare videtur. Quare in quibus hoc fit secundum dignitatem isti masculi amici, & talium amicitia. Sic autem utique, & inaequales maxime erunt amici. & uabuntur enim utique. Aequalitas autem & similitudo amicitia.

Et maxime quidem eorum quae secundum virtutem similitudo. Mansui. n. existentes sunt seipfos, & adinuicem manent. Et neque indigent prauis, neque firant talia, sed vt dicere contingit, & prohibent. Bonorum. n. neque ipsos peccare, neque amicis concedere ministrare.

Mali autem firmum quidem non habent. Neque enim sibi ipsi permanent similes existetes. In paucis. n. tps sunt amici, gaudentes adinuicem malitia.

Vtiles autem & delectabiles in plus permanent. Vtique enim utique tribuant delectationes, vel utilitates adinuicem.

Ex contrariis autem maxime quidem videtur propter vile fieri amicitia: puta pauper diuiti: in disciplinatus scienti. Quo enim existit aliquis in digens ens, hoc appetens redonat aliud.

Huc autem utique aliquis attrahit, & amatorem, & amatum, & pulchrum, & turpe.

Propter quod videntur amatores ridiculi, quandoque dignificantes amari, vt amat. Sed tamen amabiles existentes forte dignificandum. Nihil autem tale habentes, ridiculum.

Forte autem neque appetit contrarium, secundum seipsum, sed secundum accidens. Appetitus

Amabilem. Sed si nihil habeant tale, quo scilicet sint digni tantum amari, ridiculum est si hoc querunt. Deinde cum dicit, q q Ostendit, quomodo contrarium appetit sum contrarium. Et dicit, quod hoc non est secundum se, sed secundum accidens. Per se enim appetitur medium, quod est bonum subiecto, quod afficitur per vnum contrarium in excessu. Puta, si corpus alicuius hominis sit valde sicum, non est ei bonum, & appetibile fieri humidum per se loquendo, sed venire ad medium, quod accidit superueniente humido. Et eadem ratio est de calido, & huiusmodi contrariis. Et quia haec magis pertinent ad physicam considerationem, ideo dicitur hic esse praetermittenda.

Et dicit, quod amici viles, & delectabiles sibi invicem magis permanent in amicitia, quam mali. Vtilitas enim & delectatio in se habet, vnde amantur. Vnde tantum durat talium amicitia, quam diu mutuo sibi tribuant delectationes, vel utilitates. Secus autem est de his, qui sunt amici propter malitiam, quae secundum se auaribitatis nihil habet. Deinde cum dicit, n q Determinat amicitia contrarium adinuicem. Et primo ostendit, in qua specie amicitiae hoc contingat, quod videtur esse amicitia inter contraria. Secundo ostendit quomodo contrarium appetat suum contrarium, ibi, f Force autem, & c. Circa primum tria facit. Primo ostendit, quod huiusmodi contrarietas amicorum maxime videtur esse propter utilitatem, in quantum scilicet vnus amicum appetit ab alio, id quo ipse indiget, & redonat ei aliquid aliud, sicut pauper appetit consequi diuitias a diuite, pro quibus impedit obsequium. Secundo ibi, o q Ostendit, quomodo & hoc possit pertinere ad amicitiam delectabilem. Et dicit, quod ad hunc modum amicitiae potest etiam quis attrahere amorem veneris quo amator amatur. Est enim quodammodo contrarietas, sicut inter pulchrum, & turpe. In amicitia autem quae est propter virtutem nullo modo habetur contrarietas, quia in tali amicitia est maxima similitudo, vt supra dictum est. Tertio ibi, p q Infert quoddam corollarium ex dictis. Et dicit, quod inter amatorem & amatum est quandoque contrarietas, sicut inter turpe & pulchrum, inde est, quod quandoque videtur derideri amatores, qui reputant se dignos, vt tantum amantur quantum amantur. Quod quidem dignum est, si aequaliter sint amabiles. Sed si nihil habeant tale, quo scilicet sint digni tantum amari, ridiculum est si hoc querunt. Deinde cum dicit, q q Ostendit, quomodo contrarium appetit sum contrarium. Et dicit, quod hoc non est secundum se, sed secundum accidens. Per se enim appetitur medium, quod est bonum subiecto, quod afficitur per vnum contrarium in excessu. Puta, si corpus alicuius hominis sit valde sicum, non est ei bonum, & appetibile fieri humidum per se loquendo, sed venire ad medium, quod accidit superueniente humido. Et eadem ratio est de calido, & huiusmodi contrariis. Et quia haec magis pertinent ad physicam considerationem, ideo dicitur hic esse praetermittenda.

Et maxime quidem eorum similitudo qui similes sunt virtute. Nam cum stabiles per seipfos sint, & tales inter se sunt. Et neque indigent prauis, neque talia ministrant, quin potius prohibent. Est enim bonorum hominum, neque ipsos delinquere, neque amicos permittere praua ministrare.

Pravi autem stabilitatem quidem non habent, quippe cum neque sibi ipsi similes perseverent. Breuius vero tempore sunt amici, sua gaudentes mutuo prauitate.

Vtiles autem & incundi permanent magis, permanent enim quousque voluptates, aut commoda sibi mutuo prestam.

Ex contrariis autem maxime videtur ea fieri amicitia, quae ob utilitatem efficitur. Nam sit amicus pauper diuiti, ac indoctus scienti. Cuius enim quis indiget, id affectans aliud offeri pro ipso.

Huc trahere quisquam, & amatorem, ac adamatum, & pulchrum, ac turpem potest.

Quapropter, & amatores ridiculi videntur interdum dignum esse censentes perinde amari, ut amant. At si similia quidem amabiles sint, amandi sunt fortasse, & censent. Si vero nihil amabilis habeant, ridiculum est profecto sese, ut amant amari oportere censere.

Fortasse autem neque contrarium per se contrarium appetit, sed per accidens. Appetitio vero ipsius est me-

Amabilem. Sed si nihil habeant tale, quo scilicet sint digni tantum amari, ridiculum est si hoc querunt. Deinde cum dicit, q q Ostendit, quomodo contrarium appetit sum contrarium. Et dicit, quod hoc non est secundum se, sed secundum accidens. Per se enim appetitur medium, quod est bonum subiecto, quod afficitur per vnum contrarium in excessu. Puta, si corpus alicuius hominis sit valde sicum, non est ei bonum, & appetibile fieri humidum per se loquendo, sed venire ad medium, quod accidit superueniente humido. Et eadem ratio est de calido, & huiusmodi contrariis. Et quia haec magis pertinent ad physicam considerationem, ideo dicitur hic esse praetermittenda.

LECTIO IX.

Offquam Philosophus tetigit diuersas species amicitiarum, quae sunt inaequalium personarum. Hic distinguit huiusmodi species secundum proprias rationes earum. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quod huiusmodi amicitiarum species secundum distinctiones co sequuntur Politicas communicationes.

Secundo distinguit amicitiarum species, secundum distinctiones Politicarum, ibi. Politicę autem sunt tres, &c. Circa primum ponit talem rationem. Omnis amicitia in communicatione consistit. Omnis communicatio reducitur ad Politicę. Ergo oēs amicitie, secundum politicas communicationes sunt accipiendę. Circa hoc tria facit. Primo probat primum. Secundo secundum, ibi. Communicationes autem omnes, &c. Tertio infer conclusionem, ibi. Omnes itaque communicationes, &c. Circa primum duo facit. Primo ostendit, quod amicitia, secundum diuersitatem communicationis diuersificatur, ibi. Sunt autem fratribus, &c. Primus ostendit tripliciter. Primo quidem per rationem, quae talis est. Sicut supra dictum est, circa eadem est iustitia, & amicitia, sed iustitia consistit in communicatione, qualibet enim iustitia est ad alterum, ut in Quinto dictum est. Ergo, & amicitia in communicatione consistit.

LECTIO IX.

Idetur autem quemadmodum in principiis dictum est circa eadem, & in eisdem esse, & amicitia, & iustum. In omni enim communicatione videtur aliquod iustum esse, & amicitia autem.

Appellatur igitur ut amicos conuocantes, & commilitones, similiter autem & eos, qui in aliis communicationibus. Secundum quantum n. communicant, in tantum est amicitia, etenim iustum.

Et prouerbum recte, communia quae amicorum recte. In communicatione enim amicitia.

Sunt autem fratribus quidem, & conuocatis omnia communia, aliis autem discreta. Et his quidem plura, his autem minima. Etenim amicitiarum he quidem magis, ha autem minus.

Differunt autem & iusta. Non enim eadem parentibus ad filios, & fratribus adinuicem, neque ceteris & ciuibus. Similiter autem & in aliis amicis. Altera autem itaque & iusta ad singulos horum.

Et augmentationem accipiunt in magis ad amicos esse: puta pe cuniis priuare. Est enim quidem durius, quod ciuem, & non iuuare fratri, quod extraneo, & percutere patrem, quod quicumque; alium. Augmentari autem natum est simul amicitia, & iustum, ut eiusdem entia, & ad aequale pertingentia.

Communicationes autem omnes particulis assimilantur politicę. Conueniunt enim in aliquo conferente, & acquirentes aliquid eorum, quae ad vitam. Sed & politica communicatio conferentis gratia videtur, & ex principio.

Quia & secundum hoc est etiam inter eos iustitia. Tertio ibi. Probat idem per commune prouerbum. Vulgo enim dicitur, quod amicorum omnia sunt communia. Ergo amicitia in communicatione consistit. Deinde cum dicit.

Ostendit, quod secundum diuersas communicationes differunt amicitia. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit diuersitatem amicitiarum secundum diuersitatem communicationis. Videmus enim quod fratribus, & perionis, i. a coniunctis sunt omnia communia, puta domus, mensa, & alia huiusmodi. Aliis autem amicis sunt quaedam discreta.

Hoc enim est bonum: uelut sicco, non ut humidum sit, sed ut accedat ad medium, & calido, & ceteris simili modo. Sed haec quidem misa faciamus, non enim ad hunc locum accommodantur.

LECTIO IX.

Idetur amicitia, & iustum (ut in principio diximus) circa eadem, & in eisdem esse. In omni namque societate iustum aliquid, & amicitia esse uidetur.

Itaque & amicos appellant simul nauigantes, & commilitones, & in ceteris similiter socios. Atque quatenus communicant eatenus est amicitia, & iustum enim eodem modo.

Et prouerbum recte, ea quae sunt amicorum, communia dicit esse. Amicitia namque in communicatione societateque consistit.

Atque fratribus quidem sodalibus ne cuncta communia sunt ceteris autem desinita. Et aliis plura, aliis pauciora. Et amicitiarum enim alia magis, alia minus amicitiae sunt.

Differunt autem, & iusta. Non enim eadem sunt parentibus ad filios, & fratribus inter se, neque sodalibus, atque ciuibus, & in ceteris similiter amicitia. Diuersa igitur sunt, & iusta ad horum singulos.

Et incrementa suscipiunt, quod sunt ad magis amicos. Est enim grauius sodali, quam ciui pecuniam auferre, & fratri quam extraneo opem non ferre, & patrem, quam quemuis alium pulsare. Crescit autem, & iustum cum amicitia simul, quippe cum sint in eisdem, & aequae se extendant.

At uero societates omnes similes sunt paribus societatis civilis. Nam ob utilitatem aliquam conueniunt homines, & aliquid eorum consequuntur, quae ad vitam conferunt. Civilis quoque societas gratia utilitatis ab initio constitui permanereque uidetur.

hoc signum confirmatur, quod supra dictum est. Deinde cum dicit. Ostendit, quod omnes communicationes ad politicam communicationem reducuntur. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quod omnes communicationes similitudinem habent cum communicatione politica. Secundo ostendit, quod omnes communicationes

ationes alia continentur sub politica, ibi. Alia quidem igitur, &c. Dicit ergo primo, quod omnes communicationes habent aliquam similitudinem cum partibus politicę communicationis. Videmus enim, quod omnes communicantes conueniunt in aliquo vili. Ad hoc, scilicet quod acquirant aliquid eorum, quae sunt necessariae vitae.

Hoc enim, et latores legum coniectat. Et instum id iniquum esse, quod publice prodest. Cetera igitur societates per partes utilitatem appetunt. Nauta quidem eam, quae ex nauigatione promeriat, acquisitionem inquam pecuniarum, aut aliquid tale. Milites autem eam, quae fit ex bello, siue pecuniam, siue uictoriam, siue ciuitatem affectent. Eodem modo contribulesque, & populares. Nonnullae autem societates gratia uoluptatis constant, ut eorum qui choros simul exercent, aliaque similia, & eorum, qui pecunias conferunt ad conuiuia sibi paranda. Haec namque sacrificii conuictusque causa sunt. Omnes autem haec sub civili societate collocantur. Non enim praesens commodum ciuilibus affectat, sed ad omnem uitam. Atque sacrificia, & cetera circa haec faciunt honorem diis tribuentes, & sibi ipsi requiem praestantes cum uoluptate. Vetus namque sacrificia conueniuntque post frugum perceptionem ut primitiae celebrantur. Hoc enim in tempore maxime ocio indulgebant.

Quaedam autem communicationes propter delectationem videntur fieri, scilicet conchoreantium, & aranistarum. Haec enim gratia sacrificii, & conuictus.

Omnes autem haec sub politica consueuerunt esse. Non enim praesens conferens politica appetit, sed in omnem uitam. Et sacrificia faciētes, eas & quae circa has congregationes honores que tribuentes diis, & sibi ipsi requiem acquirentes cum delectatione. Antiqua enim sacrificia, & congregationes videtur fieri post fructuū collectiones, puta primitiae. Maxime enim vacabant in his temporibus.

Oēs utique communicationes videntur particulae politicae esse. Consequenter autem tales amicitiae talibus communicationibus.

LECTIO X.

Politicae autem sunt species tres, & aequales autem & transgressiones, puta corruptiones harum. Sunt autem politicae quidem Regnum, Aristocratia, tertia autem quae a praeciis quam Tymocratia dicitur conueniens videtur, politica autem consueuerunt ipsam plures vocare.

Politicae autem sunt species tres, & aequales autem & transgressiones, puta corruptiones harum. Sunt autem politicae quidem Regnum, Aristocratia, tertia autem quae a praeciis quam Tymocratia dicitur conueniens videtur, politica autem consueuerunt ipsam plures vocare.

Ostendit ex praemissis, quod omnes aliae communicationes praedictae sub Politica continentur. Et dicit, quod omnes consueuerunt esse sub Politica, in quantum scilicet consueuerunt esse, quod omnes per Politicam ordinantur. Et huius rationem assignat, quia aliae communicationes, sicut dictum est, ordinantur ad aliquam particularem utilitatem. Politica autem non intendit ali-

quod particulare, & praesens commodum, sed intendit id, quod est vtile per totam uitam. Et hoc specialiter ostendit circa communicationes delectantium, & maxime in sacrificiis, de quibus minus videtur. Et dicit, quod illi qui faciunt sacrificia in huiusmodi congregationibus, intendunt honorem tribuere Deo, & sibi ipsi acquirere requiem cum aliqua delectatione, quod ordinatur ad utilitatem vitae. Unde & apud antiquos post collectionem fructuum, i. in autumno, fiebant sacrificia, & congregationes hominum, puta ad soluendum primitias. Hoc erat enim tempus aptum ad hoc, quod homines vacarent, tum ve requisierent a praecedentibus laboribus, tum quia suppetebat eis copia victualium. Et sic patet, quod omnia ista subduntur ordinationi politicae, quae si pertinentia ad utilitatem vitae. Deinde cum dicit.

Inducit conueniētiā societatem intentam, vnde dicit, quod omnes communicationes continentur sub politica, sicut quaedam partes eius, in quantum aliae ordinantur ad quaedam particularia commoda. Politica autem ad communem utilitatem, & quia amicitiae consequenter se habent ad tales communicationes, conse quēs est etiam, quod amicitiarum distinctio, secundum politicam attendatur.

Societates igitur uniuersae partes se civilis manifestum est. Tales autem amicitiae, tales societates sequuntur.

Publicae tres sunt species, & totidem etiam transgressiones, & quasi labes illarum. Et ille quidem sumi regnum, & optimorum potestas, & tertia est ea, quae e censibus fit, quam censu potestatem dicere accommodatum uidetur. Plurimi autem Rem publicam appellare consueuerunt.

In communicationem quidem igitur, &c. Circa primum duo facit. Primo distinguit politicas communicationes adinuicem. Secundo distinguit, secundum eas amicitiarum species, ibi. Secundum vnamquamque autem, &c. Circa primum duo facit. Primo distinguit species communicationis politicae. Secundo ad earum similitudinem assignat species communicationis iconomicae, ibi. Similitudines autem, &c. Circa primum tria facit. Primo assignat species politicarum. Secundo comparat eas adinuicem, ibi. Harum autem, &c. Tertio ostendit, quomodo corrumpantur, ibi. Transgressio autem regni, &c. Dicit ergo primo, quod tres sunt species politicae communicationis, & totidem sunt corruptiones siue transgressiones earum.

LECTIO X.

Publicae tres sunt species, & totidem etiam transgressiones, & quasi labes illarum. Et ille quidem sumi regnum, & optimorum potestas, & tertia est ea, quae e censibus fit, quam censu potestatem dicere accommodatum uidetur. Plurimi autem Rem publicam appellare consueuerunt.

In communicationem quidem igitur, &c. Circa primum duo facit. Primo distinguit politicas communicationes adinuicem. Secundo distinguit, secundum eas amicitiarum species, ibi. Secundum vnamquamque autem, &c. Circa primum duo facit. Primo distinguit species communicationis politicae. Secundo ad earum similitudinem assignat species communicationis iconomicae, ibi. Similitudines autem, &c. Circa primum tria facit. Primo assignat species politicarum. Secundo comparat eas adinuicem, ibi. Harum autem, &c. Tertio ostendit, quomodo corrumpantur, ibi. Transgressio autem regni, &c. Dicit ergo primo, quod tres sunt species politicae communicationis, & totidem sunt corruptiones siue transgressiones earum.

lectio. 7.

lectio.

Recta quidem politica sunt tres scilicet regnum, quod est prin-

Lecl. 11.

Leclio. 2.

tymos, tymos enim praeium dicitur, quae videlicet in hac politica...

Comparat huiusmodi politica ad iuicem. Et dicit, quod inter eas optima est regnum, in quo vnus optimus principatur.

Agit de corruptione huiusmodi politicae. Et primo de corruptione regni. Secundo de corruptione aristocratiae, ibi.

Ex timocrazia autem utique in democratiam. Conterminales enim sunt haec.

Harum autem optima quidem regnum, pessima tymocrazia.

Transgressio autem regni tyrannus. Ambae enim monarchiae differunt autem plurimum. Tyrannus quidem enim sibi ipsi conferens intendit, Rex autem, quod subditorum.

Ex aristocratia autem in oligarchiam malitiam principum qui tribuunt, quae ciuitatis praeter dignitatem, & omnia, vel plurima bonorum sibi ipsi, & principatus semper eisdem de plurimo facientes ditari.

Ex timocrazia autem utique in democratiam. Conterminales enim sunt haec. Multitudinis enim vult, & timocrazia esse, et aequales omnes, qui in honoratione.

Similitudines autem ipsarum, & velut exemplum accipiet aliqui utique & in domibus.

Ille enim qui non est talis, scilicet superexcellens in omnibus bonis, magis potest dici clerotes, quasi forte assumptus ad principandum, quam Rex.

Atque harum optima quidem est Regnum. Determinata vero censu potestas.

Transgressio autem regni quidem tyrannus est. In utraque enim vnus est princeps. Sed inter se plurimum differunt, nam tyrannus quidem suum, Rex autem eorum qui ab ipso reguntur, considerat commodum.

Ex optimarum vero potestate ad paucorum potentiam fit transgressio in principum, qui res ciuitatis praeter dignitatem distribuunt, & cuncta bona sibi, vel plurima tribuunt, & magistratus semper eisdem plurimi diuitias facientes.

Sed ex censu potestate ad popularem fit transgressio. Sunt enim haec similitudinis esse solet, & pares sunt omnes, qui sunt in censu.

Similitudines autem ipsarum, & quasi exempla quispiam, & in domibus accipere potest.

Vnde minima peruersitas est democratiae, parum enim recedit a tymocrazia, quae est recta politica species. Concludit igitur, quod politica maxime transmutantur in iuicem, & ita de facili corrumpuntur, sicut praedictum est.

Offendit

Offendit quid in huiusmodi respondeat regno. Et dicit, quod communicatio, quae est inter patrem & filios habet similitudinem regni, quia pater habet curam filiorum, sicut Rex subditorum.

Patris quidem, n. ad filios communicatio regni habet figuram filiorum, n. patri est cura. Hinc autem & Homerus Iouem patrem appellat. Paternus, n. principatus vult regnum esse.

In Persis autem, qui patris tyrannicus. Vtuntur, n. vt feruis filii. Tyrannicus autem, & domini ad seruos. Domini, n. conferens in ipso operatur. Et hic quidem igitur rectus videtur, Persicus autem, qui peccat. Differentium enim principatus differentes.

Viri autem & vxoris aristocraticus videtur. Secundum dignitatem enim vir principatur, & circa haec, quae oportet virum. Quaecumque autem vxori congruunt, illi reddit.

Omnium autem dominans vir in oligarchiam transponitur. Praeter dignitatem, n. ipsum facit, & non quod melius. Quando autem principatur vxores heredes existentes non ita sunt secundum virtutem principatus, sed pro diuitiis, & potentiam, quemadmodum in oligarchiis.

Tymocraticus autem videtur qui fratrum. Aequales enim praeter inquantum aetate differunt. Propter quod si multum aetate differunt non adhuc frater na fit amicitia.

Democratia autem maxime quidem fit in his, quae sine dominatione habitationum. Hic enim omnes ex aequali, & in quibus debilis, qui principatur, & vnicique potestas.

LECTIO XI.

Secundum vnamquamque autem vrbane amicitia videtur inquantum & iustum.

Regi quidem enim ad subditos in superabundantia beneficii. Benefacit enim subditus. Si quidem bonus ens curam habet

Offendit quid respondeat tymocratiae, & eius opposito. Et primo quid respondeat tymocratiae. Et dicit, quod principatus quo fratres dominantur in domo, videtur esse tymocraticus, eo

fratres sunt aequales, nisi in quantum differunt, secundum aetatem, in qua si multum differant, non videtur fraterna amicitia, sed quasi paterna. Secundo ibi.

Offendit quid respondeat democratiae. Et dicit, quod quaedam similitudo democratiae est in habitationibus, quae non habent dominium, sicut cum socii morantur in hospitio. Ibi enim omnes sunt aequales, & si aliquis principatur, habet debile principatum, sicut qui praeficitur ad expensas faciendas, & vnus quisque sociorum habet potestatem in domo, sicut in democratia, sicut quilibet de populo habet potestatem quasi ex aequali, & principes harum potestates sunt.

Patris autem apud Persas imperium tyrannicum est. Suis enim filiis utuntur, ut seruis. Huiusmodi autem ad seruos tyrannicum est. Nam in ipso utilitas agitur heri. Atque hoc quidem rectum esse videtur, sed Persarum aberrat. Diverse enim diuersa sunt imperia.

Viri autem, & vxoris societas similis est optimatum potestati. Pro dignitate namque vir praesidet, & in his, quae virum oportet. Quae vero uxori accommodantur, haec illi tribuuntur.

Quod si in omnibus vir dominetur in paucorum potestate mutatur. Praeter dignitatem enim hoc facit, & non ea ratione, quae praestabilior est. Interdum autem dominantur uxores ob amplitudinem patrimonii. Non igitur finit imperia ob virtutem, sed ob diuitias, & potentiam, perinde atque in paucorum fit potestate.

Fratrum vero societas similis est esse potestati. Sunt enim pares, praeter differentiam aetatis. Quocirca, si multum aetate differant, non fraterna inter ipsos fit amicitia.

Popularis autem potestas in his maxime habitationibus est, quae dominio carent. Hic enim omnes sunt aequales, & in quibus princeps est imbecillus, & vnicique inest potestas.

LECTIO XI.

Nunquamque autem reipublica tantum amicitiae constat esse, quantum & in-

Atque regis quidem amicitia ad eos, qui reguntur, in excellentia beneficii consistit. Confert enim in eos beneficia, qui ab ipso reguntur. Siquidem

inter regem, & subditos est amicitia superabundantia secundum rationem beneficii, sicut est beneficentis ad beneficium. Perinet enim ad regem, vt benefaciat subditis. Si enim sit bonus habet

LECTIO XI.

Philosophus dixit diuersas species politicae, & iconomicae communicationis, hic distinguat amicitiarum species secundum personam.

Et circa hoc duo facit. Primo ponit quod intendit. Et dicit, quod secundum vnamquamque vrbane amicitiam, & politicae ordinem videtur esse quaedam amicitiae species accipienda, eo quod in vnaquaque politica inuenitur aliquid iustum. Amicitia autem & iustitia quodammodo circa idem sunt, vt supra dictum est. Secundo ibi.

Manifestat propositum. Et primo quidem quantum ad politiam rectas. Secundo quantum ad politiam peruersas, ibi. In transgressionibus autem, &c. Circa primum tria facit. Primo ostendit qualiter fit amicitia secundum regnum. Secundo, qualiter secundum aristocratiam, ibi. Sed & viri ad vxorem, &c. Tertio, qualiter secundum ty-mocratiam, ibi. Quae autem fratrum, &c. Circa primum duo facit. Primo ostendit qualiter fit amicitia inter regem, & subditos. Secundo comparat amicitiam paternam amicitiae regali, ibi. Talis autem & paterna, &c. Dicit ergo primo, quod

inter regem, & subditos est amicitia superabundantia secundum rationem beneficii, sicut est beneficentis ad beneficium. Perinet enim ad regem, vt benefaciat subditis. Si enim sit bonus habet

habet eam subditorum, vt bene operentur, intendit enim subditos facere virtuosos. Vnde & nominatur ex hoc, quod dirigit subditos, sicut pastor oues. Propter quod, Homerus regem Agamemnonem nominavit pastorem populorum. Deinde cum dicitur...

Comparat paternam amicitiam regali. Et circa hoc quatuor facit. Primo comparat amicitiam paternam regali. Et dicit, quod amicitia paterna est talis, sicut similitudo regali. Secundo ibi ostendit differentiam vtriusque amicitie. Et dicit, quod prae dicitur duae amicitiae differunt secundum magnitudinem beneficiorum. Quamuis enim beneficium regis simpliciter sit maximum in quantum respicit totam multitudinem, tamen per comparationem ad vna personam, beneficium patris est maius. Est enim pater filio causa trium bonorum, maximorum. Primo in generando est sibi causa essendi, quod reputatur esse maximum. Secundo, educando est sibi causa nutrimenti. Tertio, est sibi causa disciplinae. Haec autem tria non solum tribuuntur patribus respectu filiorum, sed etiam progenitoribus, id est auis, & proavis respectu neporum, & pronepotum. Tertio ibi...

Talis autem & paterna.

Differunt autem magnitudine beneficiorum. Causa enim essendi, quod nunc putatur maximum existimari maxime esse, & nutrimenti, & disciplinae, sed & haec progenitoribus attribuuntur.

Et natura enim principatur pater filiorum, & progenitores nepotum, & rex subditorum.

In superexcessu autem amicitiae haec. Propter quod & honoratur parentes. Et iterum utique in his non idem, sed secundum dignitatem. Sic enim utique & amicitia.

Sed & viri ad uxorem eadem amicitia, & aristocratia, secundum virtutem enim, & meliori plus bonum, & congruens unicuique, sic autem & iustum.

Quae autem fratrum, & aetayrichae assimilatur. Aequales enim coetanei. Tales autem vnius disciplinae, & vnius moris, vt in multum. Assimilatur huic utique, & quae secundum tympocratiam. Aequales enim ciues volunt, & epyiches esse. In parte itaque principari, & ex aequali sit utique & amicitia.

In transgressionibus autem quae admodum, & iustum paruum est, sic & amicitia.

Et nequaquam est in pessima in tyrannide enim nihil aut paruum amicitiae.

lectio 18.

ostendit in quo conueniant omnes huiusmodi amicitiae. Et ponit duo. Quorum vnum est, quod omnes huiusmodi amicitiae consistunt in quodam superexcessu vnius ad alterum. Et quia in rege, & subditis hoc est manifestum, manifestat hoc circa patres, & filios. Quia enim pater est superexcedens, inde est, quod parentes honorantur a filiis. Honor enim su perexcellenti debetur, vt in primo habitum est, & idem dicitur est circa progenitores. Aliud autem est, quod in huiusmodi amicitia non est idem iustum ex vtraque parte, vt scilicet rex idem faciat subdito, quod subditus regi, vel pater filio, quod filius patri, sed attenditur vtriusque iustum secundum dignitatem, vt scilicet vtriusque faciat alteri, quod dignum est, quia sic etiam amicitia inter eos consideratur, vt vnus alterum amet, secundum quod dignum est. Deinde cum dicitur...

Ostendit qualiter sit amicitia: secundum aristocratiam. Et dicit, quod amicitia, quae est inter virum & uxorem est talis sicut ea quae est in aristocratia, in qua praeficiuntur aliqui secundum...

virtutem, & propter eam amantur. Et quia illi qui praeficiuntur sunt meliores, ideo attribuitur eis plus de bono, in quantum scilicet alius praefertur, & unicuique tamen attribuitur id quod ei conuenit. Viruosi enim in principatu constituti non subterfugunt subditis bonum quod eis congruit. Et per hunc etiam modum conseruatur iustitia, secundum aristocratiam, & ita est etiam in amicitia viri, & uxoris. Vir enim quia melior est, praeficitur uxori, tamen vir non praepicit ea quae sunt uxoris. Deinde cum dicitur...

Talis autem est & amicitia paterna.

Beneficiorum vero magnitudine differunt. Est enim esse causa patris, quod maximum esse certum est, & enutritionis, ac eruditionis. Haec eadem, & ceteris maioribus tribuuntur.

Natura namque pater filiorum, et auis nepotum, & Rex eorum quibus praesidet imperium obtinet.

Haec autem amicitia in excellentia consistunt. Quapropter & honorantur ipsi parentes. Et iustum igitur in his non idem est, sed quod efflagitat dignitas. Sic enim sese habet & amicitia.

Et viri etiam ad uxorem eadem est amicitia, & in optimatum potestate. Est enim, ut uirius postulat. Et praestabiliori plus tribuitur boni, & quod unicuique accommodatur. Sic autem sese habet & ipsum iustum.

At amicitia fratrum similis est sodalitate. Sunt enim pares, atque aequales aetate. Tales autem eiusdem disciplinae, & eorumdem sunt morum. Similis est huic, & quae est in censu potestate. Ciues enim pares esse solent, ac boni. Et quisque nunc dominatur, nunc parat, & aequae. Sic igitur est in ipsis, & amicitia.

In transgressionibus autem quemadmodum & iustum sit, & amicitia exigua est.

Et minima est in ea, quae est pessima. In tyrannide namque nihil, aut per paruum est amicitiae.

ostendit in quo corruptarum politiarum sit minimum de amicitia. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi. In quibus enim nihil, &c. Tertio ostendit qualiter debeat intelligi, quod dictum est ibi. Secundum quod quidem igitur, &c. Dicit ergo primo, quod cum in corruptis politis sit parum de amicitia, consequens est quod minimum sit de amicitia in pessima politiarum corruptarum, scilicet in tyrannide, in qua, aut nihil, aut valde paruum est de amicitia. Deinde cum dicitur...

Ostendit in quo corruptarum politiarum sit minimum de amicitia. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi. In quibus enim nihil, &c. Tertio ostendit qualiter debeat intelligi, quod dictum est ibi. Secundum quod quidem igitur, &c. Dicit ergo primo, quod cum in corruptis politis sit parum de amicitia, consequens est quod minimum sit de amicitia in pessima politiarum corruptarum, scilicet in tyrannide, in qua, aut nihil, aut valde paruum est de amicitia. Deinde cum dicitur...

lectio 19.

LECTIO XII.

delectationum corporalium, attemptant acquirere pecunias per alias causas, & abuntur qualibet potentia, id est virtute, vel arte, vel officio non secundum suam naturam, sicut fortitudo est quaedam virtus, & eius opus proprium non est congregare pecunias, sed facere hominem audacem ad aggrediendum & sustinendum, unde si aliquis fortitudine vtritur ad congregandum diuitias, vtritur ea non secundum naturam, similiter etiam militaris ars est propter victoriam, & medicinalis propter sanitatem, neutra tamen est propter pecuniam, sed quidam & militarem artem & medicinalem conuertunt ad acquirendum pecuniam, & ita faciunt vtramque esse pecuniatiua, id est acquisitionem pecuniarum, ordinantes huiusmodi artes ad pecuniam, sicut ad finem ad que oportet ordinari omnia alia, & ideo dicitur in Becl. Pecuniarum obediunt omnia. Concludit ergo epilogando ex premissis, quod dictum est de non necessaria pecuniatiua, que scilicet acquiritur pecuniam in infinitum, sicut finem que sit causa, & propter quam causam homines indigent ipsa, scilicet propter concupiscentiam in infinitum: dictum est etiam de necessaria pecuniatiua, que scilicet est altera a premissa. Acquirunt enim pecunias vique ad aliquem terminum propter alium finem, scilicet propter habendam necessariam vitam, sed proprie economica est circa ea, que sunt secundum naturam, sicut illa, que pertinet ad cibum, & hac non est infinita sicut prima pecuniatiua, sed habet aliquem terminum, vel potest intelligi, quod ipsa pecuniatiua que est necessaria, est altera a non necessaria, sed est economica & aliam non imitatur. **f** Palam autem & quod dubitabant &c. **g** Mouet superius questionem, vtrum pecuniatiua sit pars vel subseruiens economicæ, & distinxit pecuniatiua ab alia possessiua, nunc soluit motam superius questionem. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quod pecuniatiua subseruit economicæ. Secundo ostendit, quomodo pecuniatiua quaedam est laudabilis, & quaedam vituperabilis, ibi. **h** Duplici autem existente ipsa &c. **i** Circa primum tria facit. Primo soluit superius motam questionem. Secundo mouet aliam dubitationem, ibi. **h** Etenim dubitabit aliquis &c. **i** Tertio manifestat quoddam, quod dixerat, ibi. **h** Maxime autem &c. **i** Dicit ergo primo, quod iam ex premissis potest esse manifestum illud, quod querebatur a principio, vtrum pecuniatiua pertineat ad economicum & politicum aut non, sed sit omnino extranea, & veritas est, quod non est ea dem pecuniatiua economica, ut supra dictum est, sed tamen ei subseruit, quia pecunias oportet existere ad hoc, quod domus gubernetur, & hoc probat, per hoc, quod in domo & ciuitate oportet esse homines, & ea que sunt necessaria hominibus, homines autem non facit politica, sed accipit eos a natura generatos, & sic vtriusque: similiter ergo politica vel economica non facit cibum, sed natura tradit ipsum vel ex

terra sicut fructus, vel ex mari sicut pisces, aut ex aliqua alia re, facere igitur vel acquirere huiusmodi cibum non est proprium opus & immediatum politicæ vel economicæ, sed proprium opus eius est dispensare ista in domo, sicut oportet, sicut videmus, quod textoris non est facere lanam, sed vti ipsa, & cognoscere qualis lana sit idonea ad suum opus, qualis etiam sit praua & inepta: sic igitur economica deseruit & natura, que generat homines & cibos, & iterum pecuniatiua, que acquirit, sicut etiam arietoria deseruit & natura que producit lanam, & mercatua que acquirit eam. Deinde cum dicitur, **f** Mouet quaedam questionem, & est ista questio. Cum illi qui sunt in domo indigent sanitare, sicut indigent his, que sunt necessaria ad vitam, ut cibo & vestitu, quare ars medicinalis non est pars economica, sicut pecuniatiua? Et respondendum, quod ad dispensationem domus & ad principem ciuitatis pertinet quodammodo considerare de sanitate, scilicet vtendo consilio medicorum ad sanitatem subiectorum, alio autem modo non pertinet ad eos, sed ad medicos, considerando scilicet ex quibus rebus sanitas conseruetur vel restituatur, similiter etiam ad dispensationem domus quodammodo pertinet considerare de pecunia, scilicet vtendo ea iam acquisita, & vtendo etiam ministerio eorum, qui acquirunt, sed considerare ex quibus rebus pecunia possit acquiri & quomodo, hoc non pertinet ad economicum, sed ad artem subseruientem, scilicet ad pecuniatiua. Deinde cum dicitur, **g** Manifestat quod supra dixerat, quod natura tradat ea que sunt necessaria, & dicit quod sicut dictum est prius, ea que sunt economica vel politica, maxime oportet persistere a natura, a qua etiam accipiunt subseruiens artes, & hoc probat per hoc quod nature opus est dare cibum ei quod generat secundum naturam, videmus enim quod illud ex quo fit aliquid, quod ad id quod est residuum generationis, est cibum rei generate, sicut patet quod animal generatur ex sanguine matris, & id quod est residuum ex hac materia natura conuertitur in lac & preparat cibum generato, & ideo quod hoc constituitur est ex rebus que sunt secundum naturam sunt ei cibum, & ideo omnibus hominibus est naturalis pecuniatiua, id est acquisitionem ciborum, vel denariorum pro cibo ex rebus naturalibus, scilicet ex fructibus & animalibus, quod autem aliquis acquirat pecuniam non ex rebus naturalibus, sed ab ipsis denarijs, hoc non est secundum naturam. Deinde cum dicitur, **h** Postis duabus pecuniatiuis ostendit, quod earum sit laudabilis, & que vituperabilis, & dicit, quod duæ sunt pecuniatiue, quarum vna vocatur capforia, que scilicet acquirit pecuniam ex pecunijs & propter ipsas pecunias, alia autem pecuniatiua est economica, que scilicet acquirit pecunias ex rebus naturalibus, pura ex fructibus & animalibus, ut dictum est, ista quidem secunda, est necessaria ad vitam hominum, unde & laudatur, alia vero scilicet

Tho. sup. Poli. B. numularia.

Cap. 10.

nummularia transfertur ab eo, quod est necessarium natura ad id quod requirit concupiscentia, vt supra dictum est: & ideo in- ste vituperatur, non enim ista pecuniaria est secundum natu- ram, quia neque ex rebus naturalibus est, neque ad suppleendam necessitatem naturae ordinatur, sed ex denariorum adinuicem commutatione, in- quorum scilicet ho- mo denarios per de- narios lucratur, & cu- ista pecuniaria, quae est nummularia ius- te vituperetur, quae- dam alia acquisitiua pecuniae est, quae ra- tionabilissime vitu- peratur & odio ha- betur, quae dicitur sa- nus, per quod dena- rius seipsum adauget, & ideo sic vocatur: vi- demus enim, quod ea quae paruantur se- cundum naturam sunt similia generatibus, vnde sic quidam par- tus cum denarius ex denario crescit, & ideo etiam ista acqui- sitio pecuniarum est maxime praeter natu- ram, quia secundum naturam est, vt de- narij acquirantur ex rebus naturalibus, non autem ex denarijs, sic ergo vna pecuniaria est laudabilis, & di- ca vituperabilis, vt dictum est.

LECTIO IX.



Voniam autem, quae ad scientiam determinauimus sufficenter, quae ad vsum oportet pertransire, omnia enim talia contemplatione liberam habent, experientiam autem necessariam.

Sunt autem pecuniariae partes vtilis, circa possessibilia expertum esse, qualia preciosissima, & vbi, & quo, puta equorum possessio, qualis quaedam aut bonum, aut ouium, similiter autem & ceterorum animalium: oportet enim expertum esse ad inuicem, horum quae preciosissima, & qualia, in quibus locis, alia. n. in alijs abundat regionibus, deinde de terrae cultura, & huius iam nudae & platae, & de Apu cultura. & aliorum animalium natatiliu & volatiliu a quibus scumque conuenit sortiri auxilium. Propriissima quidem igitur pecuniariae hae partes, & prime. c. Traslatiuae autem maximu qui dem mercatura, & huius partes tres, naucleria, portigia, paraflasis: differunt autem horum altera ab alteris, eo quod haec quaedam certiora sunt, haec autem ampliorae acquirunt excrescentia secundum autem tocismos, tertiu autem ministratiua. huius autem haec quidem banausarum artium, haec autem inartificialium, & corpori soli vtilium. Quarta autem species pecuniariae, intermedia huius & prima, habet enim & eius quae secundum naturam aliquam partem, & translatiuae quae cumque a terra, & ex a terra genitibus instructiois quidem, vtilibus autem, puta siluae incisiua, & ois metallica, haec autem multa iam complectitur genera, multae n. species ex terra metallorum sunt.

LECTIO IX.



ostquam Philosophus docuit cognoscere pecuniariae originem & eius proprietates & partes, hic consequenter determinat ea, quae pertinent ad vsum ipsius. Et primo dicit de quo est intentio. Secundo exequitur propositum, ibi. Sic autem pecuniariae partes vtilis &c. Dicit ergo primo, quod quae sufficienter determinauimus de pecuniaria, in eo quod pertinet ad cognoscendum naturam ipsius, oportet breuiter ponere ea, quae pertinent ad vsum eius, qualiter scilicet, sit ea vten- dum, omnia enim huiusmodi, quae pertinent ad operationes humanas, habent liberam, id est expeditam contemplationem, quia facile est ea considerare in vniuersali, sed tamen necesse est, quod habeatur experientia circa ipsa, ad hoc quod homo possit perficere vsum eorum habere. Deinde cum dicit.

Determinat ea, quae pertinent ad vsum pecuniariae. Et circa hoc duo facit. Primo distinguit partes ipsius. Secundo ponit quaedam documenta vtilia pecuniariae, ibi. Quoniam autem a quibusdam &c. Circa primum duo facit. Primo assignat partes pecuniariae, quae est necessaria ad vitam humanam. Secundo partes pecuniariae non necessariae, ibi. Translatiuae maximu quidem mercatura &c. Dixit autem supra, necessariam esse pecuniariae, per quam homo acquirat pecuniam ex rebus quas natura ministrat ad necessitatem vitae, huiusmodi autem ponit

LECTIO IX.



Voniam vero illa, quae ad cognitionem pertinebant, determinauimus sufficenter, illa quae ad vsum pertinent discutenda sunt, cuncta enim haec considerationem habent liberalem, experientiam vero necessariam.

Sunt autem circa acquirendum partes vtilis rerum ipsarum, quae acquirenda sunt, peritiam habere, quae optima sint, & vbi, & quomodo, & quales equi comparandi sint, quales boues & pecudes, eodem modo in alijs animalibus, oportet enim peritum esse, quae istorum possima, & vbi, & qualia, nam alia alibi potiora gignuntur, deinde agriculturae, eiusque specierum, ut nudi soli, & consui, & apium, & aliorum animalium, ex quibus sit utilitas prouentura, maxime propriae igitur acquisitionis istae sunt partes & prima.

Eius vero, quae per translationem dicitur, possima pars est mercatura, & huius partes tres, naucleria, deuectio, negociatio, differunt autem haec inter se, cum alia secviora sint, alia fructuosiora. Secunda pars est saneratio, tertia mercenaria, & huius alia vtilium artium, alia sine arte solo corpore ministrante, est & quarta acquirendi species, media inter hanc & primam, habet enim partem eius, quae est secundum naturam, & partem eius, quae per translationem dicitur, & est in his omnibus, quae a terra, & ab his, quae terrae sunt, non a fructibus, sed ab utilibus, & siluae caedua & metallica, haec rursus multas complectitur partes, nam multae sunt metallorum species.

quas inuenta est primo pecunia. Deinde cum dicit. Distinguit partes pecuniariae translatiuae. Dixit autem supra, pecuniariae translatiuae esse per quam acquiritur pecunia non ex rebus necessarijs ad vitam, sed ex quibusdam alijs rebus: & dicitur translatiua, quia pecunia translata est de rebus naturalibus ad huiusmodi. Circa primum tria facit. Primo distinguit partes huiusmodi pecuniariae. Secundo excusat se de diligentiori consideratione harum partium, ibi. De vnaquaque horum &c. Tertio manifestat quaedam, quae dixerat, ibi. Sunt autem maxime &c. Circa primum ponit quatuor partes pecuniariae, quarum prima & maxima est mercatura: mercatores enim maxime pecunias acquirunt: & haec prima partem secundu distinguit in tres partes, quarum prima est naucleria, quae scilicet, mercationes exercet per mare. Alia autem dicitur deuectio, id est oneraria, quae scilicet,

scilicet exercet mercationes in terra per deportationem onerum in curribus vel iumentis. Tertia autem vocatur negociatio, puta cum aliquis non deferat merces nec per mare nec per terram, sed assistit mercatoribus per communicationem pecuniae vel rerum, & iste partes differunt adinuicem, quia quaedam eorum sunt certiores, sicut mercationes terrae, quaedam autem faciunt magis excrescere lucrum sicut mercationes maris, quae tamen sunt magis periculosa. Secunda autem pars principalis huius translatiuae pecuniariae est saneratio, quae scilicet per vsuras pecuniam acquirunt. Tertia autem pars est mercenaria, sicut eorum qui labores suos locant pro mercede pecuniarum, in haec est quaedam differentia, quia quaedam mercenaria fit per artes viles, sicut est ars coquorum & huiusmodi ministeriorum. Quaedam autem fit per labores non artificiales, & qui sunt vtilis soli corpori, & in quibus etiam solū corpus est vtile, sicut illi qui mercede conducuntur ad fodendum in agro, vel ad aliquid aliud huiusmodi. Quarta autem pars est media inter translatiuam & primam, quae est necessaria habere aliquid de vtraque illa, quae scilicet acquirunt lucrum per incisionem lapidum vel metallorum de terra, habet enim hoc commune cum prima pecuniaria, quia est a terra & ab his, quae generantur ex terra, sicut agricultura circa ea est, quae generantur ex terra. Cum translatiua autem conuenit in hoc, quod huiusmodi metalla non faciunt aliquem fructum pertinentem ad necessitatem vitae, sicut faciunt campi, & animalia: sunt tamen huiusmodi vtilia ad alia, puta ad edificandas domos vel ad aliqua instrumenta construenda. Et ista quarta pars complectitur sub se diuersa genera sicut diuersas species metallorum, quae sunt aurum, argentum, ferrum, & huiusmodi. Deinde cum dicit.

De vnaquaque horum autem vniuersaliter quidem dictum est nunc, particulariter autem diligentius dicere vtile quidem ad operationes, graue autem imorari.

Sunt autem maxime artificiales quidem operationum, vbi minimum fortuna, maxime autem banaustica, in quibus corpora maculantur maxime. Maxime autem seruales vbi corporis plurimi vsus. Ignobilissima autem vbi minimum requiritur virtutis.

Quonia autem a quibusdam scripta sunt de his, puta a Charete Pario, et Apollodoro Lenio de terrae cultura & nudae & platae.

Similiter autem & ab alijs de alijs, haec quidem ex his considerentur cuiusque est cura. Adhuc autem & dicta sparsim per quae adepti sunt quidam pecuniarum intendentes oportet colligere. Omnia enim haec proficua sunt honorantibus pecuniariae.

Putat, & quod Talis Milesij haec enim est consideratio quaedam pecuniaria, sed illi quidem propter sapientiam adaptant, contingit autem vniuersale aliquid existens. Exprobrantibus. n. ipsi propter paupertatem tantum inuili philosophia existente. Aiunt ipsum considerasse oliuarum vbertatem futuram ex Astrologia, adhuc quoque huiusmodi existens abundanter pecuniarum paucis arabones dedisse oliuarum cultoribus, his qui in Mileto & Chio omnibus modico proprio dato, tanquam nullo adiacente. Quando autem tempus venit, multis querentibus simul & subito praecium taxans quomodo voluit, cum multas pecunias

ad aliqua instrumenta construenda. Et ista quarta pars complectitur sub se diuersa genera sicut diuersas species metallorum, quae sunt aurum, argentum, ferrum, & huiusmodi. Deinde cum dicit. Excusat se a perfecta horum determinatione, & dicit quod dictum est nunc vtiliter de istis partibus: esset autem vtile ad operationes eorum qui volunt pecuniam acquirere, quod diligentius determinaretur particulariter de singulis, sed tamen graue est diu morari circa talia tendentibus ad maiora. Deinde cum dicit. Exponit quaedam quae dixerat de operationibus vtilibus & inartificialibus, & dicit quod illae operationes sunt maxime artificiales, in quibus minimum operatur fortuna, hoc enim a fortuna ferri dicimus quod sit praeter praesumptionem rationis, in qua ars consistit. Vnde operationes illae, quorum euentus multum subiacent fortunae, parum sunt artificiales, sicut eorum qui piscantur hamo, & aliorum huiusmodi, & e contrario operationes qua-

rum effectus parum subiacent fortunae, sunt maxime artificiales sicut fabricarum & aliorum artificum. Illae autem operationes sunt maxime abiectae & viles, quibus corpora maxime maculantur, sicut sunt coquorum & eorum qui purgant plateas & aliorum huiusmodi. Illae autem operationes sunt maxime seruales, vbi maior pars vsus est ex parte corporis & parum ex parte rationis, sicut eorum qui deferunt onera & cursum & huiusmodi. Illae autem sunt ignobilissimae inter omnes, ad quas requiritur minimum de virtute vsus animi vel corporis, sicut in aliquibus praedictarum appareret. Deinde cum dicit.

De singulis horum in genere dictum est nunc, in specie vero de his dicere vtile quidem foret ad opera conficienda, sed graue nimis, in his edocendis persistere.

Sunt enim operationes illae artificiosissimae, in quibus minimum est fortuna. Ille sordidissima in quibus maxime inquinatur corpus. Ille seruilissima, in quibus corporis est opus plurimum. Ille ignobilissima in quibus minimum requiritur virtutis.

Cum vero sit a quibusdam de his scriptum, ut a Charete Pario, & ab Apollodoro Lenio de cultu agrorum, tam nudorum, quam consuetorum.

Et similiter ab alijs de alijs, ea quae quidem consideret, cui cura est, praecipua etiam quaedam a frugi patribus famulias dicta colligere oportet, haec enim omnia vtilia sunt his, qui augere patrimonium curant.

Quale est illud Thaletis Milesij, id enim consideratio quaedam est ad acquirendum, sed illi quidem attributum propter sapientiam: est autem vniuersale quiddam, cui cum obiceretur philosophia studium propter inopiam quasi inuile & infructuosum, prospexisse illum serunt per astrologiam, oliuarum vbertatem futuram. Cumque coegisset paucillum pecuniarum, hyeme adhuc vigente, emptione olei fecisse in Mileto & in Chio pro paruo admodum praecio, utpote nemine plus offerente, arrasque dedisse. Cum itaque postea tempus uenisset, multis subito querentibus uendidisse oleum, quanti ipse voluit, ac magnam vim pecuniarum inde superlucratum, ostendisse amicis, per facile esse philosopho-

non erit vtilia his qui intendunt acquirere pecunias. Deinde cum dicit. Subiungit duo exempla, quorum secundum incipit, ibi. In Sicilia &c. Circa primum duo facit, primo proponit exemplum. Secundo ostendit ad quid est vtile, ibi. Est autem, &c. Sciendum est ergo circa primum, quod Thales Milesius fuit vnus de septem sapientibus qui primus incepit studere in philosophia naturali, alijs sex sapientibus circa res humanas occupatis, cuius factum habet quamdam considerationem vtilem ad acquirendum pecunias, quamuis ascribatur non ad cupiditatem pecuniae, sed ad sapientiam, potest tamen ex eius facto sumi quoddam vniuersale documentum acquirendi pecunias. Cum enim exprobraretur sibi ab aliquibus quod pauper esset, & quod sic sua philosophia esset sibi inuili, considerauit per astrologiam, cuius erat peritus, quod in futuro anno, futura esset vbertas oliuarum praeter consuetudinem, nam in praecedenti anno etiam fuerat oliuarum vbertas

Laert. in Thal.

ut plurimum autem osiua deficiunt post vbertatem. Cum igitur adhuc in hyeme esset abundantia oliuarum, dedit cultoribus oliuarum in duabus ciuitatibus, scilicet Mileto & in Chio pauca pecunias pro arra fructus futuri anni, qui parum credebatur excrecere. Quando ergo venit tempus oliuarum, multis simul & subito quarentibus...

emere oliuas, taxauit precium, sicut voluit & sic colligens multas pecunias, ostendit, quod philosophis facile est ditari si volunt, sed non est studium eorum ad hoc, & per hunc modum Thales ostendit suam sapientiam. Deinde cum dicitur...

ostendit ad quod est vile pecuniarum huiusmodi exemplum & dicit, quod hoc est valde utile ad acquirendum pecunias, si quis possit praeferre singularem venditionem, ut scilicet ipse solus vendat res aliquas in ciuitate. Deinde cum dicitur...

ponit secundum exemplum, & primo narrat factum. Secundo ostendit, quod redit in idem cum primo. Dicit ergo primo, quod cum quidam in Sicilia haberet pecuniam apud se reconditam, emit simul omne ferrum de mineris in quibus fundebatur. Unde cum venissent mercatores, ipse solus vendebat, non tamen faciebat magnam excessum...

quod vero visum fuit Thali, & huic, idem est. Vtrique enim sibi ipsis studerunt fieri Monopoliam. Vtile autem notificare hoc politice. Multis enim ciuitatibus opus est pecuniae acquisitione & talibus diuitiis quemadmodum domibus, magis autem propter quod & quidam emuliter conuersantur, ciuilliter conuersant per hoc solum.

LECTIO X.

quia autem tres partes economicae erant, una quidem despotica & qua dictum prius, una autem paterna, tertia autem nuptialis. Etenim mulieri praest & natis, tamquam liberis quidem ambobus. Non eodem autem modo principatur, sed mulieri quidem Politice, natis autem regali. Masculus enim quam femina principalior est, nisi alicubi contra naturam constituerit, & antiquius & perfectum, iunior & imperfecto.

ostendit quod illud in idem redit cum primo, quia & isti Siculo & Thalesi philosopho idem visum fuit, ut scilicet exereret monopoliam, & est etiam vile quod politici considerent quia multis ciuitatibus necesse est acquirere pecunias sicut & domibus, & adhuc magis, quanto ciuitas pluribus indiget. Et ideo quidam qui student circa regimina ciuitatum, ad hoc principaliter videntur intendere, ut multiplicent pecuniam in aeraio publico.

LECTIO X.

ostendam philosophus determinauit de coniugatione domini & serui, addito etiam vniuersali tractatu de possessione, hic determinat de aliis duabus coniugationibus domesticis, quas supra posuerat, scilicet viri ad uxorem & patris ad filium, & diuiditur in partes duas. In prima determinat quaedam de huiusmodi coniugationibus. In secunda excusat se a diligentiori horum consideratione, ibi. De viri autem & mulieris &c. Circa primum duo facit. Primo determinat de praedictis coniugationibus, comparans eas aliis principatibus. Secundo mouet quandam questionem communem de omnibus, ibi. Primo igitur quidem, &c. Circa primum tria facit. Primo ponit comparationem praedictarum coniugationum ad alios principatus. Secundo comparationem praedictam manifestat, ibi. In Politicis quidem igitur officiis, &c. Tertio ostendit quod sollicitudo oeconomicae maxime circa huiusmodi coniugationes versatur, ibi. Manifestum igitur, &c. Dicit ergo primo, quod cum prius dictum sit, quod tres sint partes oeconomicae, id est gubernaturae domus, secundum tres coniugationes praedictas: de vna earum iam dictum est, scilicet de despotica, quae pertinet ad dominum & seruum, & de tertia quae est nuptialis, pertinet ad virum & uxorem, de quibus tria dicit. Primo quidem quod in vtraque harum coniugationum est quaedam praerogatio sive quidam principatus. Vir enim principatur mulieri & pater filiis, non quidem sicut seruis, sed sicut liberis, in quo differunt hi duo principatus a principatu despotico. Secundum est, quod hi duo principatus non sunt vniuersales sed viri principatur mulieri politico principatu, id est sicut aliquis qui eligitur in rectorem, ciuitati praest, sed pater praest filiis regali principatu: & hoc ideo, quia pater habet plenariam potestatem super filios, sicut & rex in regno: sed vir non habet plenariam potestatem super uxorem quantum ad omnia, sed secundum quod exigit lex matrimonii, sicut & rector ciuitatis habet potestatem super ciues secundum...

est autem ut diximus vniuersalis hic quaerendi modus, si quis possit sibi soli uenditionem comparare. Quapropter ciuitates quaedam hunc faciunt quaestum, cum indigent pecuniis, uenditionem enim sibi solis reseruant.

in Sicilia, quidam cum apud eum pecunia reposita esset, ferri quicquid erat ex ferrariis emit, postea uero mercatoribus illuc accedentibus, uendebat solus, non multum faciens excessum precii, sed tamen in quinquaginta talentis, super assumpsit centum. Hoc igitur Dionysius sentiens pecunias quidem iussit asportare, non tamen amplius manere in Syracusis, tamquam diuitias inuenientem, sui ipsius rebus inconuenientes.

iste uidit aliquid tale quale Thales uiderat, uterque enim sibi soli uenditionem parauit, hoc est uile uidere etiam in re. Nam ciuitates pecuniis indigent, & huiusmodi quaestibus quemadmodum domus, sed magis. Quam obrem in re. quidam huic soli parti intendunt.

LECTIO X.

quia uero tres erant partes rei domesticae. Vna domestica, de qua supra diximus, alia paterna, tertia coniugalis, nam & uxori praest & filiis, tamquam liberis quidem ambobus, sed non eodem modo, sed uxori quidem ciuilliter, filiis autem regie. Masculus enim quam femina principalior est, nisi alicubi contra naturam constituerit, & antiquius & perfectum, iunior & imperfecto.

ostendit quod illud in idem redit cum primo, quia & isti Siculo & Thalesi philosopho idem visum fuit, ut scilicet exereret monopoliam, & est etiam vile quod politici considerent quia multis ciuitatibus necesse est acquirere pecunias sicut & domibus, & adhuc magis, quanto ciuitas pluribus indiget. Et ideo quidam qui student circa regimina ciuitatum, ad hoc principaliter videntur intendere, ut multiplicent pecuniam in aeraio publico.

secundum statuta. Tertio autem manifestat hos duos principatus esse secundum naturam, quia semper quod est principaliter in natura, principatur, ut supra habitum est. Sed masculus est naturaliter principalior femina, nisi aliquid accidat praeter naturam, sicut in hominibus effeminatis, & similiter pater est naturaliter principalior filio, sicut antiquius iunior, & perfectus imperfecto, ergo naturaliter masculus principaliter praerogatur & pater filius. Deinde cum dicitur...

in politicis quidem igitur principatibus, plurimis transmutatur principans & subiectus. Ex aequali. n. uult esse secundum naturam, & differre nihil, attamen cum hic quidem dominetur, hic autem subiectur, quaerunt differentiam esse & figuris, & sermonibus, & honoribus, quaedam modo Amasis dixit de pedum lotore sermonem. Masculus autem ad foemellam semper hoc modo se habet.

puerorum autem principatus regalis. Quod enim genuit, & secundum amorem principans, & secundum senectutem est, quod quidem est regalis species principatus, propter quod bene Homerus Iouem appellauit dicens, Pater uirorumque Deorumque, regem horum omnium, patrem dicens. Natura enim regem quidem oportet differre, genere autem esse eundem, quod quidem passum est senius ad iuuenem, & qui genuit ad natum.

manifestum igitur, quoniam amplior sollicitudo oeconomicae circa homines, quam circa inanimata torum possessionem & circa uirtutem, quam horum circa eam quae possessionis, quam uocamus diuitias, & liberorum magis quam seruorum.

primo igitur quidem de seruis dubitabit utique aliquis, utrum est uirtus aliqua serui praeter organicas & ministratiuas, alia honorabilior illis, puta temperantia, & fortitudo, & iustitia, & aliorum talium habituum, aut non est neque una, praeter corporalia seruitia. Habet enim dubitationem utrobique, si n. est, quid differat a liberis, & si non est, existentibus hominibus & ratione communicantibus, inconueniens.

comparat principatum paternum ad regalem secundum similitudinem, & dicit quod principatus patris respectu filiorum est regalis. In hoc enim principatu duo attenduntur, scilicet pater qui generat principatur secundum amorem, naturaliter enim amat filios, & iterum principatur secundum senectutem, quali habens quandam naturalem praerogatiuam aetatis supra filios, & quantum ad hoc est species, id est similitudo principatus regalis, & inde est quod Homerus appellauit Iouem, id est summum Deum, patrem uirorum & deorum, id est regem omnium & hominum, & superiorum substantiarum, quas Deos uocabat. Oportet enim quod rex, qui perpetuo principatur, & plenariam habeat in omnibus potestatem, differat a subditis secundum naturam in quadam magnitudine bonitatis, & tamen quod si genere idem eis, ad minus secundum speciem humanam, melius autem erit, & si etiam uirtute generis, & hoc etiam est comparatio senioris ad iuniorem, & generantis ad genitum, quod scilicet habet naturalem praerogatiuam perfectionis: ideo autem oportet regem naturaliter differre ab aliis, nisi enim esset naturaliter quadam bonitate melior, non esset iustum, quod tempore dominaretur plenaria potestate sibi aequalibus, ut infra in Tertio dicitur. Sic igitur naturalis differentia separatur principatum regalem a politico, qui est ad aequale secundum naturam, amor autem separatur principatum regalem a tyrannico, qui non principatur propter amorem quem habet ad subditos, sed propter commodum proprium. Deinde cum dicitur...

bet in omnibus potestatem, differat a subditis secundum naturam in quadam magnitudine bonitatis, & tamen quod si genere idem eis, ad minus secundum speciem humanam, melius autem erit, & si etiam uirtute generis, & hoc etiam est comparatio senioris ad iuniorem, & generantis ad genitum, quod scilicet habet naturalem praerogatiuam perfectionis: ideo autem oportet regem naturaliter differre ab aliis, nisi enim esset naturaliter quadam bonitate melior, non esset iustum, quod tempore dominaretur plenaria potestate sibi aequalibus, ut infra in Tertio dicitur. Sic igitur naturalis differentia separatur principatum regalem a politico, qui est ad aequale secundum naturam, amor autem separatur principatum regalem a tyrannico, qui non principatur propter amorem quem habet ad subditos, sed propter commodum proprium. Deinde cum dicitur...

in ciuilibus igitur officiis, plerumque commutatur ut qui praest, & is qui subest, nam aequales esse uolunt secundum naturam, nec quicquam differre, attamen cum hic quidem praest, ille uero subest, requiritur differentia figuris, & sermonibus, & honoribus, ut Amasis inquit de pedum lotore. Enim uero masculus ad foeminam semper ita se habet.

filiorum autem imperium, est regium, quod enim genuit, quodque per amicitiam praest, & per aetatem, id ipsum est idem quod species quadam regii imperii. Ideo bene Homerus de Ioue inquit. Hominum pater atque deorum, sic appellans horum omnium regem. Natura enim excellere regem oportet, genere autem esse eundem, quod accidit seniori ad iuniorem, & parenti ad natum.

manifestum autem, quod plus studii domesticae disciplinae est circa homines, quam circa possessiones inanimatarum, & circa horum uirtutes, quam circa uirtutes possessionis, quas diuitias appellamus, & circa liberos magis, quam circa seruos.

dubitatur autem, utrum praeter ministreria & corporalia opera, sit aliqua uirtus serui excellentior, puta modestia, fortitudo, & iustitia, & alii huiusmodi habitus, uel non sit alia praeter corporalia ministreria. Ambiguitatem sane id habet, nam siue sit aliqua, excellentiores erunt serui quam liberi, siue non est aliqua, cum sint homines rationis participes, absurdum uidebitur.

quia fecerat mentionem de uirtute liberorum & seruorum, mouet de hoc quaestionem, & circa hoc tria facit. Primo mouet quaestionem, secundo soluit eam, ibi. Manifestum igitur, &c. Tertio ex solutione mouet iterum aliam quaestionem, ibi. Dubitabit autem utrumque aliquis, &c. Circa primum duo facit. Primo mouet quaestionem circa dominum, & seruum. Secundo circa alios principatus, ibi. Fere autem idem est, &c. Dicit ergo primo, quod de seruis potest esse quaedam dubitatio, manifestum est enim, quod seruus debet habere quandam uirtutem organicam & ministratiuam, per quam scilicet sciat & possit exequi mandatum domini & ei seruire, sicut supra dictum est, quod sunt quaedam seruales scientiae. Sed dubitatio est, utrum praeter huiusmodi uirtutes sit aliqua alia dignior uirtus conueniens seruo, sicut sunt uirtutes morales, ut temperantia, fortitudo, iustitia, & alia huiusmodi, uel nulla uirtus competat seruo nisi quae pertinet ad corporalia seruitia, & dicit quod ex utraque parte uideat esse...

De dubitatione quia & competit feruus habere huiusmodi virtutes sicut & liberis; in nullo videbuntur differre a liberis, immo excellentiores videbuntur, qui & feruorum & liberorum virtutibus polleant. Ex alia parte inconueniens videtur, si cum sint homines ratione communicantes non habeant virtutes, quibus homines viuunt, secundum rationem. Deinde cum dicitur...

Ferè autè idem est, quod quæstio de muliere & puero, vtrū & horū sunt virtutes, & oportet mulierem esse temperatā & fortē, & iustā, & puer est intemperatus & temperatus, aut nō. Vniuersaliter itaq; hoc est considerandum de subiecto natura & principate, vtrū eadē virtus aut altera. Si quidē n. oportet ambos participare calocagathia, pp quid hūc quidē principari oportebit vtiq; hunc autē subijci secundū semel: neq; n. per magis & minus possibile est differre, subijci quidem n. & principari specie differunt. Magis autē & minus nihil. Si aut hunc quidē oportet, hūc autē non, mirabile. Si n. principans non erit sobrius & iustus, quo principabitur bene? si vero subiectus, quo subijcietur bene? Intemperatus n. & formidolosus nihil faciet eorū quæ oportet.

Manifestū igitur, quia necesse quidē participare vtrōq; virtute, hōi autē esse differentiē, quæ admodū natura & subiectōrū, & hoc statim explicatur circa animam. In hac n. est natura, hoc quidē principans, hoc autē principatū, quorū alterum dicimus esse virtutem, puta ratione abundantis, & irrationalis. Manifestū igitur, quod eodem modo se habet & in aliis. Quare natura quæ plura principantia & subiecta, alio n. modo liberum seruo principatur & masculū fœminæ, & vir puero. Et omnibus in sunt quidē partes animæ, sed in sunt differenter. Seruus quidē n. oīo non habet, quod cōsiliatiū, fœmina habet quidē sed inualidū, puer autē habet quidē sed imperfectū, similiter igitur necessariū habet, & circa morales virtutes existimandū oportere quidem participare omnes, sed non eodem modo, sed quātū vnicuiq; ad sui ipsius opus, pp quod principē quē perfectā habere oportet.

Constat igitur, oportere utrosque habere virtutem, sed in ipsa virtute esse differentiā, quemadmodum in his quæ natura obediunt. Id aperte in animo inspicitur: est enim in animo quod natura imperat, & quod parerit, quorum diuersam censuram esse virtutem, & ut rationem habentis & irrationalis. Patet eodem modo se habere in aliis. Itaque plerumque sunt natura imperantia & parentia, alio enim modo liber præcē seruo, & masculus fœminæ, & vir puero, & omnibus in sunt partes animæ, sed differunt. Seruus enim omnino non habet deliberandi arbitrium, mulier vero habet quidem, sed inualidum, puer autem habet, sed imperfectum. Eodem modo se habere necesse est circa morales virtutes, putandum est autem omnes participes esse oportere, sed non eodem modo, sed quantum cuique opus est. Ex quo fit, ut is qui imperat, perfectam virtutem habere debeat moralem, nam eius opus est simpliciter præcipiens, ac præsidens, ratio autem præcipit atque præsidet.

ille qui principatur siue ciuitati, siue seruis, siue mulieri, siue filiis, oportet quod habeat perfectam virtutem moralem, quia opus eius est simpliciter opus architectoris, id est principalis artificis. Sicut enim principalis artifex dirigit & imperat ministris artis qui manu operantur, ita princeps dirigit suos subiectos, & ideo habet officium rationis, quæ se habet similiter vt principalis artifex ad inferiores partes animæ, & ita oportet quod ille qui principatur habeat rationem perfectam, sed vniuersalem aliorum quod subijciuntur, tantum habet de ratione & de virtute, quantum ille qui principatur immitit ipsis, id est tantum oportet quod habeant

beant quod sufficiant sequi directionē principantis impleto mandata ipsius: sic patet quod omnium prædictorū est aliqua moralis virtus, scilicet vt temperantia, fortitudo & iustitia: non tamen eadem est viri & mulieris & aliorum subiectorum sicut putauit Socrates, sed fortitudo viri est ad principandum, vt scilicet propter nullū timorem prætermittat ordinare quid faciendū sit, sed in muliere & in quolibet subiecto oportet quod sit fortitudo subministratiua, vt scilicet propter timorem non prætermittat præcere proprium ministerium, sic etiam differt fortitudo in duce exercitus & in milite, & sicut dictum est de fortitudine, ita dicendum est de omnibus aliis virtutibus quæ in principante quidem sunt principatiuæ, in subiectis autem ministratiuæ, & hoc patet quod non differunt solum secundum magis & minus horum virtutes, sed aliquantulum se differunt rationem. Deinde cum dicitur...

Manifestat quod dixerat magis in particulari, & dicit quod hoc quod dicitur est, magis erit manifestū his qui volunt consistere magis in particulari, quia illi qui dicitur aditus humanis volunt dicere i vniuersali tantum, decipiunt seipsum, quia non possunt plene peruenire ad veritatem, sicut si aliquis esset contentus vt sciret quod virtus est per quam anima bene se habet, aut per quam homo iuste operatur, vel aliquid aliud talium, & nihil plus velle scire de virtute, deciperet seipsum, imperfectam & mutilam habens scientiam de virtute. Multo enim melius dicit illi qui enumerant virtutes in speciali, sicut Gorgias fecit, quod illi qui dicunt solum in generali, cuius ratio est, a actus sunt circa singularia, vnde ea quæ ad actus pertinent, in particulari sunt consideranda, & ideo sicut quidā poeta dixit de muliere quiddā particulariter ad eius virtutē pertinens, ita etiam existimandum in omnibus. Ad mulieris n. ornatū vel honestatē pertinet quod sit taciturna, hoc enim ex verecundia prouenit quæ mulieribus debetur, sed hoc ad ornatum viri non pertinet, sed magis quod sicut decet loquatur. Vnde & Apostolus monet quod mulieres in ecclesiis taceant, & siquid dicere volunt, domi viros suos interrogent: sed quia puer est imperfectus, virtus eius non est ad seipsum, id est vt secundum suum sensum regatur, sed vt disponatur secundum quod est conueniens ad finem debitum, & ad obediendum ductori scilicet pedagogo. Vnde in Ecclesiastico sapiens dicit...

Non des filio tuo potestatem in iuuentute, & ne despicias cogitatus illius: similiter etiam virtus serui est in ordine ad dominum. Dicitur enim supra, quod seruus est vtilis ad necessaria vitæ, vnde indiget deum virtute, sed parua, & tanta, vt non deficiat ab his quæ debet operari propter intemperantiam concupiscentiæ vel propter timiditatem. Patet autem id magis particulariter considerantibus, nam qui vniuersaliter dicunt, quod bene se habere animi virtus est, & recte agere, aut aliquid tale, seipsum decipiunt. Multo enim melius dicunt qui enumerant virtutes, quemadmodum Gorgias, quam quædam dicitur. Quæ propter oportet, sicut poeta de muliere dixit, ita censere in omnibus. Mulieri decus afferit taciturnitas, sed non item viro. Cum vero puer sit imperfectus, patet quod huius virtus non ipsius ad seipsum est, sed ad perfectum & ducem, similiter & serui ad dominum. Possumus autem seruum esse vtilem ad necessaria, itaque patet ipsum virtute indigere parua, & tanta, ut neque propter intemperantiam, neque propter timiditatem in operibus deficiat.

Solutio propositæ dubitationem, & primo proponit solutionem in generali, secundo in speciali, ibi. Palam autem hoc, & c. Concludit autem primo ex rationibus inductis ad vnam partem quod necesse est quod tam principans quod subiectus participent virtute, aliter enim neque vnus bene principaretur, neque alius bene subiceretur, sed est quedam differentiā virtutis vtriusque, & hoc manifestat per ea quæ subijciuntur aliis naturaliter, & ponit exemplum in partibus animæ, cuius vna pars naturaliter subijciuntur, scilicet pars irrationalis, vt irascibilis & concupisibilis. Ponimus autem vtriusque partis esse aliquam

virtutem sed differentem, nam virtus rationalis partis est prudentia, sed virtus irrationalis partis est temperantia & fortitudo, & alia huiusmodi virtutes. Vnde manifestum est quod eodem modo se habet etiam in aliis quæ principantur & subijciuntur secundum naturā, & quia natura diuersificatur in diuersis, ideo secundum naturam sunt diuersa, quæ principantur & subijciuntur. Alio enim modo homo liber principatur suo seruo, & masculus fœminæ, & vir puero, vt etiam supra habitum est. Omnibus autem his insunt partes animæ quæ dictæ sunt. Vnde & virtutes earum omnibus præmissis insunt, sed differenter. Et hoc primo manifestat quantum ad partem rationalem, quæ in principante quidem sunt principatiuæ, in subiectis autem ministratiuæ, & hoc patet quod non differunt solum secundum magis & minus horum virtutes, sed aliquantulum se differunt rationem. Deinde cum dicitur...

Palā autē hoc, & particulariter magis considerantibus. Vniuersaliter n. dicentes decipiunt se ipsos, quia habere bene animā, virtute aut recte operari aut aliquid taliū. Multo enim melius dicunt enumerantes virtutes, sicut Gorgias, quam si qui sic dixerint nāt. Propter quod oportet sicut Poeta dixit de muliere; sic putare de omnibus habere, mulierī ornatū silentiū prestat, sed viro non iam hoc. Quoniam autē puer imperfectus, palā quod huius quidē virtū, nō ipsius ad seipsum, sed ad finem & ductorē: similiter autē & serui ad dominū: possumus autē ad necessaria vtilē esse seruū, quare palā quod & virtute indiget parua & tanta, vt neque propter intemperantiam, neque propter timiditatem deficiat ab operibus.

virtutem sed differentem, nam virtus rationalis partis est prudentia, sed virtus irrationalis partis est temperantia & fortitudo, & alia huiusmodi virtutes. Vnde manifestum est quod eodem modo se habet etiam in aliis quæ principantur & subijciuntur secundum naturā, & quia natura diuersificatur in diuersis, ideo secundum naturam sunt diuersa, quæ principantur & subijciuntur. Alio enim modo homo liber principatur suo seruo, & masculus fœminæ, & vir puero, vt etiam supra habitum est. Omnibus autem his insunt partes animæ quæ dictæ sunt. Vnde & virtutes earum omnibus præmissis insunt, sed differenter. Et hoc primo manifestat quantum ad partem rationalem, quæ in principante quidem sunt principatiuæ, in subiectis autem ministratiuæ, & hoc patet quod non differunt solum secundum magis & minus horum virtutes, sed aliquantulum se differunt rationem. Deinde cum dicitur...

Eadem est fere quæstio de muliere & puero, vtrum & horum sint virtutes, & oportet mulierem esse moderatam & fortem & iustam, & an puer sit intemperans & modestus, vel non. Et vniuersaliter id querendum est de natura imperantis & parentis, vtrum eadem virtus, an alia. Si enim oportet utrosque participes esse virtutis, cur tandem alter imperare debet, alter parere? Non enim secundum magis & minus possunt differre, nam imperare & parere specie differunt, & non secundum magis & minus. Sin vero alium oportet, alium non, admirabile est, nam si imperans non erit temperatus & iustus, quomodo bene imperabit? Sin is cui imperatur, quomodo bene parebit? Intemperatus enim & timidus nihil faciet, ut oportet.

Constat igitur, oportere utrosque habere virtutem, sed in ipsa virtute esse differentiā, quemadmodum in his quæ natura obediunt. Id aperte in animo inspicitur: est enim in animo quod natura imperat, & quod parerit, quorum diuersam censuram esse virtutem, & ut rationem habentis & irrationalis. Patet eodem modo se habere in aliis. Itaque plerumque sunt natura imperantia & parentia, alio enim modo liber præcē seruo, & masculus fœminæ, & vir puero, & omnibus in sunt partes animæ, sed differunt. Seruus enim omnino non habet deliberandi arbitrium, mulier vero habet quidem, sed inualidum, puer autem habet, sed imperfectum. Eodem modo se habere necesse est circa morales virtutes, putandum est autem omnes participes esse oportere, sed non eodem modo, sed quantum cuique opus est. Ex quo fit, ut is qui imperat, perfectam virtutem habere debeat moralem, nam eius opus est simpliciter præcipiens, ac præsidens, ratio autem præcipit atque præsidet.

ille qui principatur siue ciuitati, siue seruis, siue mulieri, siue filiis, oportet quod habeat perfectam virtutem moralem, quia opus eius est simpliciter opus architectoris, id est principalis artificis. Sicut enim principalis artifex dirigit & imperat ministris artis qui manu operantur, ita princeps dirigit suos subiectos, & ideo habet officium rationis, quæ se habet similiter vt principalis artifex ad inferiores partes animæ, & ita oportet quod ille qui principatur habeat rationem perfectam, sed vniuersalem aliorum quod subijciuntur, tantum habet de ratione & de virtute, quantum ille qui principatur immitit ipsis, id est tantum oportet quod habeant

beant quod sufficiant sequi directionē principantis impleto mandata ipsius: sic patet quod omnium prædictorū est aliqua moralis virtus, scilicet vt temperantia, fortitudo & iustitia: non tamen eadem est viri & mulieris & aliorum subiectorum sicut putauit Socrates, sed fortitudo viri est ad principandum, vt scilicet propter nullū timorem prætermittat ordinare quid faciendū sit, sed in muliere & in quolibet subiecto oportet quod sit fortitudo subministratiua, vt scilicet propter timorem non prætermittat præcere proprium ministerium, sic etiam differt fortitudo in duce exercitus & in milite, & sicut dictum est de fortitudine, ita dicendum est de omnibus aliis virtutibus quæ in principante quidem sunt principatiuæ, in subiectis autem ministratiuæ, & hoc patet quod non differunt solum secundum magis & minus horum virtutes, sed aliquantulum se differunt rationem. Deinde cum dicitur...

Manifestat quod dixerat magis in particulari, & dicit quod hoc quod dicitur est, magis erit manifestū his qui volunt consistere magis in particulari, quia illi qui dicitur aditus humanis volunt dicere i vniuersali tantum, decipiunt seipsum, quia non possunt plene peruenire ad veritatem, sicut si aliquis esset contentus vt sciret quod virtus est per quam anima bene se habet, aut per quam homo iuste operatur, vel aliquid aliud talium, & nihil plus velle scire de virtute, deciperet seipsum, imperfectam & mutilam habens scientiam de virtute. Multo enim melius dicit illi qui enumerant virtutes in speciali, sicut Gorgias fecit, quod illi qui dicunt solum in generali, cuius ratio est, a actus sunt circa singularia, vnde ea quæ ad actus pertinent, in particulari sunt consideranda, & ideo sicut quidā poeta dixit de muliere quiddā particulariter ad eius virtutē pertinens, ita etiam existimandum in omnibus. Ad mulieris n. ornatū vel honestatē pertinet quod sit taciturna, hoc enim ex verecundia prouenit quæ mulieribus debetur, sed hoc ad ornatum viri non pertinet, sed magis quod sicut decet loquatur. Vnde & Apostolus monet quod mulieres in ecclesiis taceant, & siquid dicere volunt, domi viros suos interrogent: sed quia puer est imperfectus, virtus eius non est ad seipsum, id est vt secundum suum sensum regatur, sed vt disponatur secundum quod est conueniens ad finem debitum, & ad obediendum ductori scilicet pedagogo. Vnde in Ecclesiastico sapiens dicit...

Non des filio tuo potestatem in iuuentute, & ne despicias cogitatus illius: similiter etiam virtus serui est in ordine ad dominum. Dicitur enim supra, quod seruus est vtilis ad necessaria vitæ, vnde indiget deum virtute, sed parua, & tanta, vt non deficiat ab his quæ debet operari propter intemperantiam concupiscentiæ vel propter timiditatem. Patet autem id magis particulariter considerantibus, nam qui vniuersaliter dicunt, quod bene se habere animi virtus est, & recte agere, aut aliquid tale, seipsum decipiunt. Multo enim melius dicunt qui enumerant virtutes, quemadmodum Gorgias, quam quædam dicitur. Quæ propter oportet, sicut poeta de muliere dixit, ita censere in omnibus. Mulieri decus afferit taciturnitas, sed non item viro. Cum vero puer sit imperfectus, patet quod huius virtus non ipsius ad seipsum est, sed ad perfectum & ducem, similiter & serui ad dominum. Possumus autem seruum esse vtilem ad necessaria, itaque patet ipsum virtute indigere parua, & tanta, ut neque propter intemperantiam, neque propter timiditatem in operibus deficiat.

Solutio propositæ dubitationem, & primo proponit solutionem in generali, secundo in speciali, ibi. Palam autem hoc, & c. Concludit autem primo ex rationibus inductis ad vnam partem quod necesse est quod tam principans quod subiectus participent virtute, aliter enim neque vnus bene principaretur, neque alius bene subiceretur, sed est quedam differentiā virtutis vtriusque, & hoc manifestat per ea quæ subijciuntur aliis naturaliter, & ponit exemplum in partibus animæ, cuius vna pars naturaliter subijciuntur, scilicet pars irrationalis, vt irascibilis & concupisibilis. Ponimus autem vtriusque partis esse aliquam

virtutem sed differentem, nam virtus rationalis partis est prudentia, sed virtus irrationalis partis est temperantia & fortitudo, & alia huiusmodi virtutes. Vnde manifestum est quod eodem modo se habet etiam in aliis quæ principantur & subijciuntur secundum naturā, & quia natura diuersificatur in diuersis, ideo secundum naturam sunt diuersa, quæ principantur & subijciuntur. Alio enim modo homo liber principatur suo seruo, & masculus fœminæ, & vir puero, vt etiam supra habitum est. Omnibus autem his insunt partes animæ quæ dictæ sunt. Vnde & virtutes earum omnibus præmissis insunt, sed differenter. Et hoc primo manifestat quantum ad partem rationalem, quæ in principante quidem sunt principatiuæ, in subiectis autem ministratiuæ, & hoc patet quod non differunt solum secundum magis & minus horum virtutes, sed aliquantulum se differunt rationem. Deinde cum dicitur...

Palā autē hoc, & particulariter magis considerantibus. Vniuersaliter n. dicentes decipiunt se ipsos, quia habere bene animā, virtute aut recte operari aut aliquid taliū. Multo enim melius dicunt enumerantes virtutes, sicut Gorgias, quam si qui sic dixerint nāt. Propter quod oportet sicut Poeta dixit de muliere; sic putare de omnibus habere, mulierī ornatū silentiū prestat, sed viro non iam hoc. Quoniam autē puer imperfectus, palā quod huius quidē virtū, nō ipsius ad seipsum, sed ad finem & ductorē: similiter autē & serui ad dominū: possumus autē ad necessaria vtilē esse seruū, quare palā quod & virtute indiget parua & tanta, vt neque propter intemperantiam, neque propter timiditatem deficiat ab operibus.

¶ Concludit causam propter quam sunt plures politia, & videtur concludere duas causas, & dicit quod manifestum est, quod necesse est esse plures politias differentes ad unam secundum speciem, quia distinctio politiarum secundum speciem, est secundum distinctionem partium principalem, quamvis enim diuersitas secundum speciem non sit propter diuersitatem partium materialium, tamen ad diuersitatem partium materialium sequitur diuersitas formae, sed partium cuiuslibet quaedam differunt specie ad unum, etiam pertinent ad speciem, plures igitur erunt politia. Et est intelligendum ad evidentiam dicti, quod sicut partium animalis quaedam sunt quae non pertinent ad speciem, sicut haec caro, haec ossa, quaedam quae pertinent ad ipsam, sicut caro, & ossa absolute. Et sicut sunt quaedam, quae non attingunt ad formam rei, sicut pilae & vngues, quaedam quae attingunt sicut cor & hepar. Et secundum distinctionem istam distinctio speciem dicitur: sicut anima secunda speciem, non autem secundum primam distinctionem, quae non attingunt ad formam, nec pertinent ad speciem. sic ciuitatis sunt quaedam partes, quae non attingunt ad ciuitatem, nec pertinent ad formam eius. Aliae sunt partes principales ipsius, & secundum distinctionem istam distinguuntur politia, cuiusmodi sunt illae secundum quas distinguuntur principatus. Aliam causam rangit & dicit, quod politia est ordo principatum, ergo secundum distinctionem principatum, est distinctio politiarum, sed distinctio principatum est secundum distinctionem huiusmodi partium, in quibusdam enim politia principatus distribuitur secundum potentiam eorum qui possunt attingere ad principatum, in alijs secundum aequalitatem quandam, sicut diuites propter excessum diuitiarum, & egeni principantur propter libertatem, in alijs plures propter virtutem, & isti sunt medij inter istos, quare manifestum est, cum istae partes sint plures differentes specie, quod erunt plures politia differentes secundum speciem, & tot erunt

politia, quot sunt gradus secundum excessum aliquem, Deinde cum dicitur. h. ¶ Ostendit quot sunt politia, & primo facit hoc. Secundo remouet errorem quorundam, ibi. ¶ Non oportet autem &c. ¶ Prima in duas. In prima dicit quot sunt secundum opinionem alicuius. In secunda quot secundum opinionem suam, ibi. ¶ Maxime quidem &c. ¶ In prima dicit, quod secundum intentionem alicuius, duas videtur maxime esse politia, sicut duo sunt ventus principales, scilicet Australis & Borealis & quod alij omnes sunt praetergressiones istorum duorum, & quod ab eis deficientes reducuntur ad ipsos, vna est paucorum, alia popularis. Optimum autem dicitur esse sub paucorum & reduci ad eam, & politiam dicitur esse popularem quandam, sicut accidit in ventis, ad illos enim duos omnes alios reducunt, sicut Zephyrus ad Boream, Eurum autem ad Austrum. Eodem modo accidit in portionibus musicalibus. Sunt enim duae harmoniae principales, quibus omnes aliae coordinantur, scilicet doricam & phrygiam. Doricam dicitur harmoniam primi toni. Phrygia vero tertij. Et istis alijs coordinantur, quaedam reducuntur ad doricam, quaedam ad phrygiam. Similiter in principatu, duas posuerunt principales, scilicet popularem & paucorum, & istis duabus aliae coordinauerunt. Deinde cum dicitur. i. ¶ Declarat quod sunt secundum suam opinionem, & dicit, quod antiqui sic conseruerunt diuites, melius tamen est, quod diuidamus eas secundu[m] quod suspicatur dictum fuisse, scilicet, quod quaedam sunt politia recta, quaedam quae sunt transgressiones, ita quod vnus politia bene ordinata vel duarum, aliae sunt transgressiones, puta quaedam transgressiones sunt bene comensuratae, sicut est illa, quae co[n] nomine nominatur Respublica: Aliae vero sicut transgressiones. Deinde cum dicitur.

¶ Patet igitur, quod necesse est plures Respublicas esse inter se differentes specie, nam & haec partes earum inter se specie differunt, Respublica est institutio gubernatorum, hanc vero distribuunt omnes, vel secundum potentiam eorum, qui participes sunt, vel secundum aliquam aequalitatem communem. Dico autem, veluti tenuiorum, & opulentorum, vel communem aliquam ambarum. Necessarium est ergo Respublicas tot esse, quot quaedam institutiones circa earum supereminetias, secundum differentiam partium.

¶ Maxime vero duae videntur esse, quemadmodum de uentis dicitur, alios quidem esse Boreales, alios Australes, ceteros autem ventos horum esse excessus. Sic etiam Respublicas duas esse, popularem, scilicet & paucorum potentiam, nam optimas speciem esse paucorum potentiam poluerit, & eam, quae uocatur Respublica dicebant esse popularem, quemadmodum de uentis. Zephyrum quidem Borealem, Eurum autem Australem. Eodemque modo in harmoniis, ut quidam tradunt, nam & in illis posuerunt duas species, vnam doricam, alteram phrygiam, ceteras vero omnes, vel ad doricam, vel ad phrygiam referri.

¶ Maxime quidem igitur consueuerunt ita existimare de politia, verius autem & melius, ut nos diuisimus, duarum, vel vnus recte consueuerunt, ceteras esse transgressiones, ut recte harmoniae, sic etiam dicitur Respublica ad paucorum quidem potentiam inclinant, quae diuiores sunt ac magis uolentae, quae uero remissa & molles, ad popularem statum.

¶ Neque uero popularis ita simpliciter ponenda est, ut quidam ponunt ubi multitudo dominatur, nam & in paucorum potentia, & ubi maior pars praevalet. Etenim si essent uniuersi mille trecenti, & horum mille forent opulenti, neque partem gubernationis darent trecentis illis pauperibus ingenuis, ac in ceteris partibus, nemo certe diceret hanc esse popularem.

¶ Remouet errorem quendam circa distinctionem status paucorum & popularium, & primo probat, quod non distinguuntur sicut

sicut ipsi posuerunt eas distinguendo intentionem suam, Secundo ostendit qualiter distinguuntur, ibi. ¶ Magis igitur. ¶ In prima dicit, quod non oportet, quod determinetur status popularis sicut quidam consueuerunt ponere, & determinare ipsum simpliciter, ita quod status popularis sit politia, in qua multitudo principatur, quia contingit, quod in statu paucorum, multi diuites dominantur, & tamen tunc non erit status popularis. Non ergo debet status popularis determinari per hoc, quod multi principentur, nec paucorum debet determinari per hoc, quod pauci dominantur, quoniam si essent in aliqua ciuitate mille trecenti, & mille essent diuites & octo parentur alijs trecentis pauperibus, & liberis existentibus, & non concederent eis aliquid de principatu, sed tantum subirentur eis, nullus diceret eos principari principatu populari, & tamen multitudo dominaretur. Non ergo per hoc determinatur status popularis, quia multi principantur. Similiter si illi trecenti pauperes, & pauci respectu aliorum existentes essent meliores diuitibus & principantur, diuites autem non principarentur, sed subirentur illis, talem politiam nullus diceret statum paucorum, & tamen pauci sunt principantes. Quare manifestum est, quod status paucorum non debet determinari per hoc, quod pauci dominantur. Deinde cum dicitur.

¶ Declarat quomodo determinanda sunt Respublicae & populares, & habet partes duas. In prima proponit, quod per se determinatur libertate, & diuitiis, & per accidens multitudine & paucitate. In secunda probat, ibi. ¶ Etenim utique &c. ¶ In prima dicit, quod magis dicendum, quod status popularis sit, quando liberi existentes principantur, paucorum, quando diuites. Sed accidit liberos esse plures, diuites uero paucos, & ideo per accidens determinatur paucitate & multitudine. Deinde cum dicitur.

¶ Probatur istud, quod dictum est, & primo probat, quod multitudine & paucitate per se non distinguuntur nec determinantur. Secundo, quod solum determinatur per se per diuitias & paupertatem, sed oportet adiungere multum & paucum, licet

per accidens, ibi. ¶ Sed neque istis. ¶ In prima dicit ita, dictum est, quod paupertate & diuitiis per se determinatur popularis & paucorum, sed per accidens multitudine & paucitate, quia si per se distribuere principatus secundum magnitudinem, sicut dicunt quidam fieri in Aethiopia, vel secundum pulchritudinem, ita quod ille qui esset maior & pulchrior principaretur, cum pauci sint pulchri & magni, esset tunc paucorum, hoc autem falsum est. Status enim paucorum tantum est cum diuites principantur. Quare manifestum est, quod per se non determinatur paucitate & multitudine, Deinde cum dicitur.

¶ Declarat, quod paucitate & multitudine distinguuntur, sed per accidens, & quod oportet ista adiungere, & dicit, quod status paucorum, & status popularis non sufficienter habentur terminari his differentiis solis, scilicet: paupertate & diuitiis, sed cum sint plures partes popularis & paucorum, oportet adiungere aliqua ad determinationem eorum, sicut per accidens, quoniam si pauci liberi existentes principentur pluribus non liberis, non dicemus quod sit principatus popularis, sicut accidit in Apollonia quae est in Ionia & in Thera. In istis enim urbibus principabant excellentes secundum ingenuitatem, & pauci existentes erant ad alios collati, & iam non erat status popularis. Similiter si multi secundum diuitias excedentes principarentur, non diceremus popularem, sicut accidit antiquitus in quadam ciuitate quae dicitur Colophon. In illa enim ciuitate erant plures diuites antequam fieret bellum inter ipsos & Lydos & principabantur, tamen non erat popularis, sed sic debet determinari popularis, ut dicitur, quod status popularis est in qua plures existentes liberi & pauperes principantur, & status paucorum est, quando diuites pauci existentes vel nobiles dominantur & tunc concludit, quod sunt plures politia, dicens quod manifestum est, quod politici sunt plures, & propter quam causam sunt plures.

¶ Etenim si magistratus honoresque publici secundum dignitatem distribuere, ut in Aethiopia quidam tradunt fieri, uel secundum pulchritudinem paucorum est gubernatio, cum parua sit multitudo magnorum & formosorum.

¶ Verumtamen, his solum non sat est Respublicas istas determinasse, sed cum plures sint partes & multitudinis & paucorum potentiam, adhuc resumdum est, ut neque ingenui pauci existentes pluribus, neque multitudo ingenuus dominetur, ut in Apollonia quae est in Ionia, & in Thera. In utraque enim istarum urbium, honores, dignitatesque erant illorum, qui nobilitate praestabant, & qui primi in eas colonias uenerant, qui erant pauci, non autem diuitum, licet multitudo superaret populum, ut in Colophone antiquitus. Ibi enim possidebat magna patrimonium multitudo antequam bellum gereret aduersus Lydos. Sed est multitudo quidem gubernatio, quando ingenui homines & inopes multi existentes gubernant Rempublicam. Paucorum uero potentiam quando opulenti & nobiliores pauci existentes, gubernant. Quod igitur plures sint Respublicae species, & quibus de causis, patet.

¶ Status paucorum est, quando diuites pauci existentes vel nobiles dominantur & tunc concludit, quod sunt plures politia, dicens quod manifestum est, quod politici sunt plures, & propter quam causam sunt plures.

POLITICORVM

LECTIO III.

ostendit in philosopho declaravit, quod plures sunt politicae & propter quod am causam & quot sunt aliquo modo, in parte ista declarat, quod sunt plures politicae quae dicuntur, & ostendit hoc quasi ex virtute cu-

iusdam medii per quod ostendebat prius, quod sunt plures, & diuiditur in duas. In prima ostendit, quod sunt plures quae dicuntur sunt. In secunda ostendit quae sunt principales inter illas secundum alios, ibi. Alias quidem. Adhuc prima in duas. In prima proponendo principium ad probandum hoc. In secunda prosequitur, ibi. Sicut igitur. In prima dicitur sic, dictum est, quod sunt plures politicae, quaedam enim sunt rectae & istae sunt tres regnum, optimatum status, & Respub. Et sunt tres non rectae, tyrannidis, paucorum, & popularis, modo dicendum est, quod sunt plures politicae quae dicuntur sunt, & quae sunt istae & propter quam causam sunt plures, accipiendo principium ad hoc probandum quod prius assumptum fuit ad probandum, quod essent plures scilicet, quod omnis ciuitas plures partes habet & non unam solum, ex isto enim eodem probabitur, quod sunt plures quae dicuntur sunt. Deinde cum dicitur.

Probatur accipiendo simile in his quae sunt secundum naturam, quia politica affimilatur eis. Est enim politica secundum rationem, ea autem quae secundum rationem sunt posteriora his quae sunt secundum naturam, & ortum habet ex illis, & ideo assumit simile in his ad probandum intentum suum, & habet partes duas. Primo assumit simile. Secundo adaptat ad propositum, ibi. Eodem autem modo. Circa primum intelligendum est, quod sicut dictum est prius, partium materialium, quaedam sunt quae pertinent ad speciem, quaedam autem non. Partes pertinentes ad ipsam sunt hae quibus species non potest esse, sicut caro & os pertinent ad speciem hominis, quia sine his non potest esse homo. Partes materiales non pertinentes ad speciem sunt, sine quibus species potest reperiri, sicut ista ossa & istae carnes non pertinent ad speciem humanam, quia sine istis potest esse homo. Secundum igitur distinctionem partium pertinentium ad speciem distinguitur forma, quamuis distinctio formae non fit propter distinctionem materiae. De talibus vero partibus secundum quarum distinctionem distinguuntur formae & species, loquitur hic philosophus & dicit, quod si aliquis velit accipere species animalis, oportet, quod distinguatur partes materiales animalis, sine quibus non potest esse forma animalis, non autem sine quibus animal potest esse ut dicitur, quod partium animalis materialium, aliud est sensitiuum, animal enim determinatur sensu, & ideo oportet esse unam partem sensitiuam organicam: aliud nutritiuum, aliud digestiuum, & cum animal nutriatur, oportet quod recipiat alimentum, & quod digerat, ista autem sunt p-

LECTIO III.

Vod autem & plures dicitis & quae, & propter quod dicimus, principium sumentes dictum prius. Cōstemur enim non unam partem, sed plures habere omnem ciuitatem.

Sicut igitur si animalis velle- m accipere species, primo quidem, utique segregaremus quod quidem necessarium habere omne animal, velut quidam sensitiuorum & quod alimentum elaboratiuum & susceptiuum: puta os & ventrem. Ad hoc autem quibus mouetur partibus, vnūquodque ipsorum. Si ita que, tot species solum aut horum essent differentiae, dico autem puta oris, quaedam plura genera & ventris, & sensitiuorum. Adhuc autem & motiuarum partium numerus cōiugationis horum, ex necessitate faciet plura genera animalium. Non enim possibile est idem animal habere plures oris differentias, similiter autem neque aurium. Quare quae acceptae fuerint horum oēs contingentes cōiugationes faciet species animalis & tot species animalis quot quidem cōiugationes, necessarium partium sunt.

Eodem autem modo & dictarum politiarum: etenim ciuitates non ex vna sed ex multis partibus cōponuntur, sicut dictum est saepe.

Vna quidem igitur est quae circa alimentum multitudo, quae vocatur agricolae, secunda autem quae vocatur banaufa: est autem

LECTIO III.

Vamobrem vero plures sunt quam illae quas diximus, et quae nam istae sunt, & propter quod, deinceps dicemus, principio inde prius assumpto, fatemur enim non unam partem, sed plures omnem habere ciuitatem.

Vi igitur si animalis vellemus species capere, primo segregaremus id quod necessarium sit animal omne habere, seu quoddam sensus instrumentum, & quod cibum conficiat, atque recipiat, puta os, & ventrem, & praeterea illas, quibus mouetur partes: ut itaque tot species solum. harum vnūquodque differentia forent. Dico autem seu oris genera plura, & ventris, & sensuum instrumentorum, & praeterea eorum quibus mouentur partium, harum cōiugationis numerus necessario efficiet plura genera animalium. Non enim fieri potest, ut idem animal habeat plures differentias oris, sic etiam neque aurium. Itaque quando susceptae sunt omnes combinationes istorum, facient species animalis, & tot quidem species, quot cōiugationes sunt partium necessarium.

Eodem modo de Rebus publicis, ciuitates enim non solum ex vna, sed ex multis partibus constant, ut saepe dictum est.

Vna quidem pars est circa alimentum multitudo, quos agricolae dicimus. Altera vero pars circa ministeria, seu artifices, sine quibus ciuitas habitari

combinaciones. Deinde cum dicitur. Applicat ad propositum & intendit istam rationem, secundum distinctionem partium pertinentium ad speciem distinguuntur species: sed plures sunt partes pertinentes ad rationem politiam, & plures quae dicuntur sunt, ergo plures erunt politicae, & plures quae dicuntur sunt. Circa istam rationem duo facit, primo applicando simile ad propositum ponit minorem. Secundo probat eam, ibi. Vna quidem &c. In prima dicit, quod sicut secundum distinctionem partium animalis pertinentium ad speciem est distinctio specierum animalis, & plures sunt species animalis: cum sint plures tales partes, eodem modo sunt plures politicae, quia diuersae sunt partes ciuitatis differentes secundum speciem, non enim ciuitas ex vna parte cōponitur, sed ex multis, sicut frequenter dictum est superius. Deinde cum dicitur. Probat, quod sunt plures partes ciuitatis. Sunt autem tres gradus in ea, infimus, medius, & supremus, & secundum hoc diuiditur in tres partes. In prima enumerat partes populi qui est in gradu infimo. Secundo enumerat partes medias, ibi. Quintum autem. Tercio partes supremas, ibi. Reliqua. In prima dicit, bene dictum est, quod sunt plures partes ciuitatis. Vna enim est multitudo quae administratiua est alimentum, sicut sunt agricolae, & ista est prima pars & necessaria, alimentum enim necessarium est in

est in ciuitate, & ideo necessarii sunt illi qui administrant ipsam. Secunda pars ciuitatis quantum ad gradum inferioriorem sunt vires mercenarii, & dicuntur vires mercenarii qui in operibus suis maculant corpus, sicut sunt fallones, & coriarii, & alii huiusmodi artifices, sine quibus non potest ciuitas inhabitari, & istarum artium multa sunt genera. Quaedam enim est, quae est ad necessitatem ciuitatis, sicut textoria & coriaria, si ne enim istis non est ciuitas. Alia est propter delectationem, & bene viuere, sicut musica, & quaedam quae ordinantur ad superfluas delectationes, sicut musica quaedam, & quaedam quae nocuae sunt ciuitati, sicut taxillaria & aleatoria. Tertia pars ciuitatis est forensis, quae est circa venditiones & emptiones & negociationes & nummularios. Quarta pars ciuitatis est mercenaria, & dicuntur mercenarii qui locat opera sua. Sic igitur sunt quatuor partes ciuitatis quatuor ad inferiori gradum ipsius. Deinde cum dicitur.

Enumerat partes medias ciuitatis, & dicuntur mediae, quia medio modo se habet inter primum principans, & popululum qui tenet inferioriorem gradum, & diuiditur in partes quae sunt. In prima probat quod propugnationem sit pars ciuitatis. In secunda, quod iudicium, ibi. At vero &c. In tertia, quod consiliarium, ibi. Adhuc autem quod consilia tur, &c. In quarta, quod diuites, ibi. Septima &c. In quinta, quod directiuum populi, ibi. Octaua &c. Prima istarum diuiditur in duas. In prima probat, quod propugnationem sit pars ciuitatis. Secundo remouet errorem quod tumdam, ibi. Quapropter &c. In prima dicit, quod quinta pars ciuitatis computando quatuor primas partes, & prima inter medias, est quod propugnationem est pars quae non est minus necessaria quae aliqua praedictarum, si non debeat ciuitas esse serua: manifestum enim est, & inconueniens & contra rationem ciuitatis ipsam esse naturaliter seruam. Et ratio huius est, quia ciuitas est per se sufficiens, sed illud quod seruam est, non est per se sufficiens, quia omnes operationes eius ad alterum ordinantur. Illud autem cuius operationes ad alterum tendunt, sicut est seruam, quare manifestum est, quod ciuitas non debet esse serua. Sed si ciuitas non haberet pugnantem contra aduersarios, subiugaretur aliis & esset serua. Quare manifestum est, quod necessarium est in ciuitate, esse propugnationem. Deinde cum dicitur.

Quintum autem genus quod propugnans, quod ijs nihil minus necessarium est existere, si debeant non seruire inuadentibus. Nihil minus impossibile quam dignum esse vocare ciuitatem natura seruam, per se sufficiens. n. est ciuitas: quod autem seruam, non per se sufficiens.

Propter quod quidam in politica leuiter haec, non sufficienter autem dictum est. Ait enim Socrates & quatuor necessariis cōponi ciuitatem. dicit autem hos textores, agricolae, coriarii, & edificatores. Rursum autem apponit tanquam non necessariis ijs. Aerariū & eos qui supra necessaria pecora. Adhuc autem negotiatores & captores, & haec omnia sunt complementum primae ciuitatis, tanquam gratia necessariorum omnis ciuitas sit cōstitutata, sed non boni qui magis equalibusque indigeat aerijs & agricolis.

Partem autem propugnantem non prius attribuit antequam regione crescente, ac tangente vicinos ad bellum instituantur.

At vero & inter quatuor & quotcumque comunicantes necessarium esse aliquid redderem & indicantem quod iustum: siquidem igitur & aiam ponat utique: quis magis partem animalis quam corpus, & ciuitatum magis talia ponendum quam ea quae ad necessarium vsu tendunt, scilicet, bellicum & quod participat iustitia disceptatiua.

Quae non est minus necessaria quae aliqua praedictarum, si non debeat ciuitas esse serua: manifestum enim est, & inconueniens & contra rationem ciuitatis ipsam esse naturaliter seruam. Et ratio huius est, quia ciuitas est per se sufficiens, sed illud quod seruam est, non est per se sufficiens, quia omnes operationes eius ad alterum ordinantur. Illud autem cuius operationes ad alterum tendunt, sicut est seruam, quare manifestum est, quod ciuitas non debet esse serua. Sed si ciuitas non haberet pugnantem contra aduersarios, subiugaretur aliis & esset serua. Quare manifestum est, quod necessarium est in ciuitate, esse propugnationem. Deinde cum dicitur.

Remouet errorem Platonis, & diuiditur in duas. In prima ostendit, quod in sufficienter dixit de partibus ciuitatis. Secundo tangit quod dixit Plato de propugnatione, ibi. Partem autem propugnantem, &c. In prima dicit, ita dictum est, quod quatuor sunt partes ciuitatis necessariae circa gradum infimum ciuitatis, & est alia pars non minus necessaria quae dicitur propugnationem: propter quod manifestum est, quod quidam, sicut Plato, leuiter, hoc est, sine inquisitione & non sufficienter dixit de partibus ciuitatis. Dixit enim Socrates & vocat Platonem Socratem, quia Plato intitulatur politiam nomine Socratis magistri sui, quod quatuor sunt partes valde necessariae, & sine quibus non potest esse ciuitas. Dixit autem illas partes esse, agricolam curantem de alimento, & manifestum est, quod ista est necessaria, quia sine alimentum non potest esse ciuitas: aliam dixit textorem & coriarium, sine istis enim non potest esse similiter ciuitas, aliam dixit edificatorem, cuius res enim ex domibus est, ideo oportet, quod sint edificatores in ciuitate, istas quatuor posuit necessarias ciuitati. Iterum posuit alias, quas dixit non necessarias scilicet fabricum ferrarium, & dicitur ferrarius qui operatur ferro. Iterum posuit alios, qui curam habent de animalibus. Iterum negotiatores, & nummularium. Et istas dixit esse complementum primae ciuitatis. Vocat autem primam ciuitatem ut est ex primis partibus composita. Sic autem posuit, ac si ciuitas esset gratia ipsius viuere absolute, & non propter bene viuere, ac si ciuitas tantum primo & per se sit ex aequalibus, sicut sunt coriarii, & agricolae, non autem est ita non enim ciuitas est gratia ipsius viuere absolute, sed gratia ipsius bene viuere, & propter hoc multae

non potest. Harum vero artium aliae sunt necessariae, aliae ad delicias pertinent, & ad uitae cultum. Tertia pars est forensis multitudo, quae circa mercaturam, & nummulariam uersatur. Quarta pars mercenarii.

Quinta, propulsatores belli, quae quidem pars non minus necessaria est ciuitati, quam aliqua superiorum, si uelint tueri libertatem. Impossibile est enim ut quae ciuitas uocari mereatur, sit natura serua. Per se enim sufficiens ciuitas, seruus autem, non per se sufficiens est.

Quapropter in libris de Rebus publicis quidem hoc, sed non sufficienter dictum est a Socrate. Inquit enim, ex quatuor maxime necessariis ciuitatem constare, hos autem esse textorem, agricolam, coriarium, & edificatorem. Rursum uero adiungit quasi illi non sufficienter, fabricum ferrarium, & pastorem, & insuper negotiatorem, & nummularium, & haec omnia complementum primae ciuitatis, quasi uero ciuitas omnis necessariorum gratia sit constituta, ac non magis gratia honeste, & quasi aequae indigeat coriarijs, & agricolis.

Propulsatores autem belli non prius facit partem antequam aucta regione, ac uicinis contractis ad bellum deueniatur.

Atque & in quatuor illis & in quotcumque comunicantibus, necessarium est esse aliquem, qui ius dicat ac decernat. Siquidem ergo animam quis ponat animalis esse partem magis quam corpus, & ciuitatum magis talia ponendum est esse partes, quam ea quae pertinent ad necessarium usum. Propulsatores belli uidelicet, ac iustitia iudicariae exhibitores,

aliae partes sunt necessariae in ipsa quas ille non posuit. Iterum ciuitas non tantum indiget equalibus immo inaequalibus, & ideo dicendum est, quod errant. Deinde cum dicitur. Tangit, quod dixit de propugnatione & dicit, quod de propugnantibus similiter non bene dixit, quod in principio cum ciuitas edificaretur, non fuerunt necessarii, sed postea cum ciuitas augmenatur & extenditur ad fines, vel ad terminos alterius ciuitatis, ex quibus saepe causatur dissensio ad reprimendum uolentiam aduersariorum. Deinde cum dicitur. Ostendit, quod iudicium sit pars ciuitatis, & dicit, quod iterum inter quatuor partes, vel quot quot ponantur, necessarium est esse

Lex, qd isti non magis deberent dominari q illi, nec e conuerso, sed isti & illi indifferenter, quia sunt similes vel aequales. Et ideo quia aequalitatem habent in libertate, aequaliter debent dominari & recipere de honoribus, non plus vnus q alter. Si enim liberas maxime fit in populari vt dicitur plures, in ista autem sunt omnes aequales, manifestum est, q maxime erit politia, & aequalitas secundum ipsum, si omnes communiter in omnibus aequaliter. Et q ista species sit popularis, probat sic. In ista. n. specie, politia dominatur populus sine multitudine, quia omnes sunt aequales secundum libertatem, & principatus distribuitur secundum ipsam. Et ideo multitudine tota dominatur, sed vbi multitudine dominatur, popularis est: haec igitur vna species popularis. Deinde cum dicitur.

e Alia autem quod principatus sint ab honorabilitatibus & rebus existentibus iis. Oportet autem ei qui possidet potestate esse participandi, & carentem non participare.

f Altera species Democratia, omnes quidem esse principantium, si solum sit ciuis, principari autem legem.

g Altera autem species Democratia, alia quidem esse eadem, dominans autem esse multitudinem & non legem.

h Haec autem fit quando sententia fuerint domine, sed non lex.

i Accidit autem hoc propter demagogos, in quibus quidem. n. quae secundum legem democratizant, non fit demagogus. Sed optimi ciuium sunt in praeminentia: vbi autem leges non dominantur, hic sunt demagogi. Monarchus. n. fit populus compositus vnus ex multis. Ipsi. n. multi sunt domini, non vt vnus quisque sed omnis. Quale autem dicat Homerus non bonam esse multi dominationem, vtrū hac vel quando plures sunt qui principantur vt vnusquisque, incertum: talis igitur populus veluti monarchus existens, quaerit monarchizare, quia non subicitur sub lege, & fit despoticus. Quare & adulescentes honorati, & est tyrannidi monarchiarum, propter quod & mos idem & ambo despotica meliorum & sententia sicut ibi praecipitur.

k qd secundum rationem vel voluntatem alicuius. Talis vero est praepotens & suator, & cum totus populus compositus ex multis dominatur, est sicut monarcha & princeps vnus. Omnes. n. principantur non diuisim sed coniunctim. De quo dixit Homerus, qd non est bonus principatus vbi multitudine principatur. Sed incertum est, vtrum intellexit Homerus, qd quando tota multitudine dominatur sicut vnus monarcha, coniunctim, non fit per se bonus principatus, vel quando populus dominatur ita q vnusquisque dominetur. Sed quando huiusmodi populus qui est sicut monarcha quidam vult regere ciuitatem monarchice, & quia hoc non facit ad utilitatem omnium, sed sui & contra voluntatem in signum, oportet, qd dominatur principetur, id est principatu domini ad seruum, propter quod accidit, qd adulescentes acceptantur & honorantur a talibus, quia acceptantur & honorantur a tyrannis, cuius ratio est, quia adulator est qui dicit, & operatur ea quae opinatur placere, in nullo volens contristari. Vnusquisque autem diligit suam excellentiam & vult esse certus de

capitur non secundum legem, sed secundum decretum. Et est intelligendum, qd decretum intelligitur dupliciter. Vno modo dicitur enunciatio quaedam vniuersalis de particularibus operabilibus, sicut dicit Philosophus secundo Rhetorice suae. Alio modo dicitur iudicium aliquod de aliquo operabili, & sic sumitur hic decretum. Et differt a lege, quia lex est de vniuersali & obligat ad futurum, decretum vero isto modo sumptum est de particulari operabili, & obligat ad praesentantur. Deinde cum dicitur.

Alia vero species, ut magistratus, honoresque in Reip. secundum patrimoniorum, & cum quidem paruum, tribuantur, ita ut qui tanta possidet, habilis sit ad honores Reip. suscipiendos. Qui vero non possidet, inhabilis.

Alia species popularis est, ut omnibus omnino ciuibus habitas sit, modo non sint aliqua ex causa obnoxii, dominetur autem lex.

Alia species popularis est, ut omnes omnino habiles sint ad magistratus gerendos, modo sint ciues, & dominetur lex.

Alia species eodem modo, nisi q non lex dominatur, sed multitudine. Hoc autem fit, quando populi decreta praevalet legibus.

Accidit autem istud ob praepotentem quosdam qui populum ducunt. Na in his Rebus, in quibus dominatur lex, praepotens aliquis non fit qui populum ducat, sed optimi ciuium Reip. gubernant. At ubi leges non dominantur, ibi ductores populi oriuntur. Solus. n. populus regit compositus vnus ex pluribus. Multitudo enim auctoritatem dominandi habet non ut singulis, sed ut omnibus. Homerus autem cum dicit non esse bonum ut plures regant, vtrum de hac dicit, vel de illa cum plures gubernant ut singulis, incertum est. T. illis ergo populus, utpote absolutam potestatem habens dominari solus quaerit, nec ulli legi subesse. Efficiturque dominator, itaque assentatoris eius in praecio habentur. Et est huiusmodi populus in gubernatione sua, tyranno persimilis. Idem nempe mores, & vtrouque meliores deprimuntur. Et decreta huius populi perinde sunt ut tyranni praecipita.

q secundum rationem vel voluntatem alicuius. Talis vero est praepotens & suator, & cum totus populus compositus ex multis dominatur, est sicut monarcha & princeps vnus. Omnes. n. principantur non diuisim sed coniunctim. De quo dixit Homerus, qd non est bonus principatus vbi multitudine principatur. Sed incertum est, vtrum intellexit Homerus, qd quando tota multitudine dominatur sicut vnus monarcha, coniunctim, non fit per se bonus principatus, vel quando populus dominatur ita q vnusquisque dominetur. Sed quando huiusmodi populus qui est sicut monarcha quidam vult regere ciuitatem monarchice, & quia hoc non facit ad utilitatem omnium, sed sui & contra voluntatem in signum, oportet, qd dominatur principetur, id est principatu domini ad seruum, propter quod accidit, qd adulescentes acceptantur & honorantur a talibus, quia acceptantur & honorantur a tyrannis, cuius ratio est, quia adulator est qui dicit, & operatur ea quae opinatur placere, in nullo volens contristari. Vnusquisque autem diligit suam excellentiam & vult esse certus de

ens de ipso, & ideo libenter audit ipsum & illum qui testatur de ea, sed adulator dicit excellentiam alienam affirmando vt sibi placeat, & ideo honoratur, & quia in ista politia sunt aliqui qui dicunt excellentiam populi, cum dicunt, quod omnia debent referri in populum, & quod vnus non debeat magis dominari quam alius, & quod sunt omnes aequales, ideo in tali politia adulescentes sicut ductores honorantur vel accipiuntur. Populus est iste qui sic principatur, proportionaliter se habet tyrannis in monarchijs in quibus vnus principatur. Et ideo eadem conuentione, & idem mos in vtroque: in vtroque. n. opprimuntur meliores, est. n. principatus eorum dominatur respectu meliori, quia opprimunt ipsos, & non intendunt bonum eorum per se. Item in principatu istorum sunt decreta sicut in tyrannide sunt praecipitur ad opprimendum meliores. Deinde cum dicitur.

k Et demagogus & adulator idem & proportionaliter & maxime, aut vtrique apud vtrouque valent. Adulescentes quidem apud tyrannos. Demagogi autem apud populos tales.

l Sunt autem ijs causa vt sententia sit domini, sed non leges, omnia reducetes ad populum. Accidit enim ipsis fieri magnos propter populum quidem esse dominum omnium, opinionis autem populi hos, suaderet enim multitudo ijs.

m Adhuc autem qui principatus accusant, aut oportere populum iudicare, hic autem gaudent recipere aduocationem. Quare dissoluunt oes principatus.

n Rationabiliter autem vtque vixebitur increpare qui dicit tale esse Democratiam non politiam, vbi enim non principantur leges, non est politia. Oportet enim legem quidem principari omnium. De singularibus autem principatus & politiam iudicare.

o Quare siquidem est Democratia, vna politiarum. Manifestum, quod talis institutio i qua sententia omnia dispensant, neque Democratia proprie, nullam enim sententiam contingit esse vniuersalem. Species quidem igitur Democratia determinatae sunt hoc modo.

p Oligarchiae autem species, vna quidem esse principatus ab

Declarat qd hmoi politia in qua principatur populus non secundum legem, sed secundum sententiam non est proprie politia, nec status popularis. Et primo declarat quod non est proprie politia. Secundo qd proprie non est popularis, ibi. qd quartum dicit & c. In prima dicit qd rationabiliter vt dicitur ille qui dicit, qd hmoi politia non est proprie politia, & ratio huius est, quia vbi non principantur leges non est politia, quia oportet in politia legem principari in omnibus. Oportet enim principatum & politiam iudicare de singularibus. Iudicant autem secundum leges vbi leges prouident, vbi vero non, tunc magistratus supplent & decernunt. Et ideo vbi est politia leges principantur, sed in tali populari statu non principantur leges, sed sententia populi. ergo talis popularis status non est politia proprie. Sed aliquis argueret contra illud qd dicit, qd vbi leges non prouident, non est Reip. quia monarchia regalis politia est, tamen non est principatus secundum legem, sed secundum voluntatem & rationem principantis. Ad hoc posset aliquis dicere breuiter, qd vbi est politia monarchica, qua vnus dominatur. Alia est politia poliarchica in qua plures principantur. In politia poliarchica non corrupta, principatus est secundum leges, & de tali loquitur hic Aristoteles in alia non, altere dicendum est & melius, qd in o politia recta principans dominatur secundum leges, quia in omni politia principatus aliquis secundum aliquam regulam, quam dicimus legem. Sed in quibusdam illa regula est interior existens in voluntate & ratione, in quibusdam est extra in scripto. In monarchia regali, monarcha habet istam regulam quae est in voluntate & ratione eius, in politia poliarchica est extra in scripto. Quod ergo dicebat qd vbi est politia ibi est principatus secundum legem, verum est, vel intrinseca, vel scripta. Hic autem intelligit de scripta, & ideo non multum differt a prima, sed eam declarat. Deinde cum dicitur.

Et ductores suos foreque huius populi sunt velut adulescentes illi qui circa tyrannos versantur, & utriusque apud utrosque potentia par, tam adulescentibus penes tyrannum, quam ductoribus suis apud populum, apud ipsum populum.

Hi autem sunt ut decreta, & leges infringant, & ad voluntatem populi cuncta referant. Contingit autem illi fieri potentes ex eo, quia populus dominatur omnium. Ipsi autem voluntatem populi maxime ducunt, quoniam fides a populo eis adhibetur.

Præterea qui de magistratibus quaruntur, ad iudicium populi negotia duserunt. Populus autem gratanter audit eorum pronocationes, per hunc modum magistratus irritantur omnes.

Merito autem reprehendere videntur, qui dicunt huiusmodi popularem non esse legitimam Reipublicae speciem, ubi enim leges non praevalet, non est Reipublica, nam lex dominari omnibus debet. In particularibus autem magistratus, & politia prouidere.

Itaque si est popularis una specierum Reipublicae clarum est, quo i talis gubernatio in qua decreta cuncta efficiuntur, non est proprie popularis. Nullum enim decretum recipit esse vniuersale. De populari igitur speciebus in hunc modum determinatum sit.

Paucorum vero gubernationis species una est, in qua magnum habentes

quam regulam, quam dicimus legem. Sed in quibusdam illa regula est interior existens in voluntate & ratione, in quibusdam est extra in scripto. In monarchia regali, monarcha habet istam regulam quae est in voluntate & ratione eius, in politia poliarchica est extra in scripto. Quod ergo dicebat qd vbi est politia ibi est principatus secundum legem, verum est, vel intrinseca, vel scripta. Hic autem intelligit de scripta, & ideo non multum differt a prima, sed eam declarat. Deinde cum dicitur.

o Ostendit quod non est proprie popularis. Et dicit quod popularis est politia quaedam, sed talis popularis in qua sententiae principantur non leges, non est politia, quia politia est secundum leges, quae sunt de vniuersalibus, sed sententiae sunt de particularibus non vniuersalibus, nulla enim sententia est vniuersalis secundum quod hic intendimus de ipsa vt dictum est prius. Quare manifestum est, quod talis popularis non est proprie popularis. Vltimus concludit quod species popularis determinatur hoc modo. Deinde cum dicitur.

Enumerat modos paucorum, & diuiditur in quatuor secundum quod ponit quatuor. Secunda ibi. qd altera species & c. qd Tertia ibi. qd alia autem quando & c. qd Quarta ibi. qd Quarta species & c. In prima dicit quod vna species paucorum est, ita qua distribuntur principatus secundum quandam honorabilitatem, puta diuitiarum vel generis, ita quod egeni non attingit ad ipsos

ad ipsos quibus sint plures. In paucorum autem ista licentia...

q Ponit secundam speciem. Et dicit quod alia est species pau...

r Altera species Oligarchia est quando puer pro patre vnus fit.

f Quarta autem quando extiterit quod nunc dictum est...

LECTIO .V.

On oportet autem latere quod in multis locis accidit...

b Accidit autem hoc maxime post transmutationes politiarum...

c Quod autem sint tot species Democratia & Oligarchia...

LECTIO .V.

Qua Philosophus posuit modos popularis & paucorum...

multis locis, quod aliqua politica non sit secundum leges popu...

consensum ad gubernationem Reipub. recipiuntur, atque ita magnum...

Alia species est, cum a paruo censu est habitus...

Alia species est, cum filius patri succedit.

Quarta species, cum hoc fit quod modo diximus...

LECTIO .V.

Et latere nec debet, quod multis locis accidit Reipub. quae secundum leges...

Contingit autem hoc maxime post mutationes Reipub. non enim statim...

Quod autem tot sint popularis, & paucorum gubernationis species...

statim transmutatur, sicut enim in medicinalibus subita transmutationes...

Assignat rationem modorum popularis & paucorum. Et primo assignat...

corum, ibi. Oligarchia autem etc. Prima in quatuor secundum quod assignat...

ipsis quae dicta sunt, manifestum, necesse. n. aut omnes dictas partes...

d Altera autem species propter consequentem electionem. est. n. & omnibus...

e Tertia autem species omnibus licere quicumque liberi fuerint...

f Quarta autem species democratiae temporibus ultimo in ciuitatibus...

d Assignat rationem secundae speciei, & dicit quod alia species popularis...

A electionem assequentem, ad quam libet omnes attingere qui non sunt...

ipsis patet. Necessesse est enim, aut omnes partes populi, quas supra...

C Altera vero species est, omnibus licere, qui prohibiti non sint...

Tertia species est, omnibus omnino licere Reipublicam gerere...

Quarta vero species est illa, quae posterioribus temporibus esse cepit...

titudo potest vacare, quia non impeditur propter curam de proprijs...

congregationibus vero non honorantur, aut non tantum quantum credunt debere honorari, & ideo non curant iterum multas habere diuitias, & ideo nihil curant habere de communi. Item viri non nolunt ire, quia non honorantur, vel non secundu quod debent, & ideo relinquunt quod sit multitudo pauperum & egenorum dominans & principans in tali Republica secundum sententias non secundum leges, & tunc concludit dicens, quod species popularis, & tot, & tales sunt, & propter predictas causas. Deinde cum dicit.

¶ Assignat rationem modorum potentia paucorum & diuiditur in quatuor secundum quod assignat rationem quatuor modorum ipsius. Secunda ibi. ¶ Quanto enim &c. ¶ Tertia ibi. ¶ Si autem inualuerit &c. ¶ Quarta ibi. ¶ Quoniam autem &c. ¶ In prima dicit, quod quando sunt plures diuites in ciuitate non habentes tam diuitias excellentes, sed mediocres, tunc est prima species gubernationis paucorum. Huiusmodi enim dant potentiam principati alicui habenti, vel possidenti substantias sine diuitias, quia enim plures sunt qui potentiam habent, ideo eligunt alios, quia diuites sunt eligunt sibi similes. Vnusquisque enim libentius eligit sibi similem quam distimilem, & quoniam multi sunt in ista specie qui attingunt ad Rempublicam, & possunt attingere ad principatum, principes dominantur in ea, non secundum ipsorum hominum voluntatem, sed secundum leges. Quanto enim magis distant a monarchia, quia scilicet, multi sunt potentes attingere ad principatum voluntates habentes diuersas non vna sicut monarchia, & quanto mediocriores substantias habent, non raras ut possint multum vacare negligenter propria negotia, nec tam paruas ut necessarie habeant viuere de cetero, tantum plus volunt non se ipsos principari, aut quia non possunt omnino vitare, aut quia timent grauari ab alijs, sed lenes magis. Deinde cum dicit.

LECTIO VI.

Ad huc autem sunt duae politiae praeter Democratiam & Oligarchiam, quarum alteram quidem dicunt omnes & dicta est quatuor politiarum species vna, dicunt autem quatuor, monarchiam, Oligarchiam, Democratiam, quartam vero vocant aristocratiam, quinta autem est quae appellatur cetero nomine omnium, politia. u. vocat, sed quia non sepe fit, latet numerare uolentes, & ita suscipiunt, quasi sint quatuor solum, ut Plato in libris de Republica facit.

¶ h. ¶ Assignat rationem secundae speciei, & dicit quod si sint pauciores diuites quam prius principes, sed tamen ditiores quam qui prius, secunda species potentia paucorum est, quia ditiores sunt, ideo volunt excedere alios & supergredi, & ideo potentiam habent eligendi ex multis illis qui deficient in principatu. Et quia non sunt adhuc ita potentes quod excedat multitudinem, permittunt quod principentur secundum legem. Deinde cum dicit.

¶ Assignat rationem tertiae speciei & dicit, quod si adhuc fuerint pauciores diuites quam prius, & habentes maiores diuitias, tertia species est gubernationis paucorum, & videtur principes per se habere quali ex hereditate principatus, & quia isti potentes sunt valde, ordinant & statuunt quod filij succedant eis in principatu. Deinde cum dicit.

¶ Assignat rationem quartae speciei, & dicit, quod quoniam adhuc sunt pauciores diuites quam prius, & multo ditiores & potentiores in amicis, est quarta species potentia paucorum, & tunc est huiusmodi principatus quae monarchicus, quia illi qui principantur, principantur secundum suas voluntates non secundum leges, sicut fit in monarchia regali, & propter potentiam ipsorum filij succedunt. Et ista quarta species potentia paucorum proportionatur quartae speciei popularis, quae sicut illa pessima est inter potentes paucorum, & tyrannide assimilatur, principatus enim in ista propter bonum proprium principaliter dominantur, sic autem est in tyrannide.

¶ Quod si edeueniant, ut ipsi pauciores numero maiores facultates habeant, tertia cumulat fit gubernationis paucorum, ipsi enim per se magistratus, & imperia retinent, secundum legem iubentem, ut parentum defunctorum loco filij succedant.

¶ Quod si magis etiam subnixi sint opibus, & amicis, prope est talis potentia ad monarchiam, & dominantur homines, non autem lex, & est haec quarta species gubernationis paucorum, correspondens ultimae speciei popularis.

LECTIO VII.

Vt insuper duo aliae gentes Reipublicae praeter eas in quibus, aut multitudo, aut pauci gubernant, quarum alteram aiunt omnes speciem esse unam ex quatuor. Dicunt autem eas quatuor, monarchiam, paucorum gubernationem, popularem, & optimam. Est & quinta, quam communi nomine omnium appellant Rempublicam, sed quia non sepe fit, latet numerare uolentes, & ita suscipiunt, quasi sint quatuor solum, ut Plato in libris de Republica facit.

predictas politias, id est popularem & paucorum, sunt aliae duae, quarum alteram omnes loquentes de rebus publicis ponunt, & est vna species inter quatuor Respu. quae dicitur sunt prius ab alijs. Posuerunt enim antiqui quatuor Respu. scilicet monarchiam, paucorum, popularem, & quartam optimam dicunt. Sed tamen his quinta subest, quae communi nomine nominatur scilicet Respublica. Et quia ista Respu. communi nomine dicta raro accidit, latet homines uolentes distingere species Reipublicae, & ideo non habet nomen proprium, & ideo uentur tantum quatuor, sicut fecit Plato in suis Respublicis. Non enim posuit nisi quatuor species, diuidendo monarchiam in regalem rectam & tyrannidem cum Republica communi nomine dicta, apparet quod sunt sex.

¶ Ponit modos optimatum, & diuiditur in quatuor secundum quod ponit quatuor modos eius. Secunda ibi. ¶ Sed facta non sunt &c. ¶ Tertia ibi. ¶ Vbi vero &c. ¶ Quarta ibi. ¶ Et vbi ad &c. ¶ In prima dicit, quod Respu. illa de qua dictum est prius cui determinabatur de regno recte, dicitur optimatum. Respublicas enim in qua optimi viri simpliciter principantur, & non aliquis vir optimus ex suppositione sola dicitur optimatum. Itaque in sola ista Republica, idem est optimus vir & ciuis optimus simpliciter, in alijs autem non, sed optimus ciuis in aliqua alia Republica est optimus vir, in illa non simpliciter. Deinde cum dicit.

¶ Ponit secundum modum, & dicit quod non solum ista Respublica est species optimatum, immo sunt aliquae Respublicae, quae differunt a paucorum potentibus, & ab ea quae Respublica dicitur, & in aliquo conueniunt cum eis, quarum vna est in qua eliguntur principes habendo respectum ad diuitias, & ad virtutes, ita quod aliqui diuites & virtuosissimi assumuntur. Differunt autem a paucorum & Respu. in hoc, quod eliguntur in ipsa virtuosissimi, & quia non solum habent respectum ad diuites, & paucorum, sunt aliae duae, b. Aristocratiam quidem igitur bene habere vocare, de qua pertractauimus quidem in primis sermonibus, eam enim quae ex optimis simpliciter politica secundum virtutem, & non ad hypotheseum aliquam bonorum virorum, solum iustum appellare Aristocratiam. In sola enim simpliciter idem vir & ciuis bonus, bonus est. Qui autem in alijs boni, ad politiam ipsorum sunt.

c. Sed sane sunt aliquae quae ad oligarchizatas habet differentias, & vocantur Aristocratiae & ad vocata politia, vbi vero non solum respectu diuitiarum, sed & respectu virtutis eliguntur principes, haec politica differt ab ambabus, & aristocratica vocatur, etenim in non facientibus communem causam virtutis, sunt tamen quidam approbati, & qui videntur esse Epijces. d. Vbi igitur politia respicit ad diuitias & virtutes & populum velut in Carchedonia, haec aristocratica est. e. In quibus ad duo solum, ut quae Lacedaemoniorum ad virtutem & populum, & est mixtio horum duorum democratica & virtutes. Aristocratiae quidem igitur praeter primam optimam politiam, haec duae species, & tertia, quae quocumque eius quae vocatur politia inclinatur ad oligarchiam magis.

LECTIO VII.

Reliquum autem est nobis de nominata politia differentiae & de tyrannide. Ordinauimus autem sic non existentem, neque hanc transgressionem, neque assignatas aristocracias, quia secundum veritatem quidem omnes sunt vitiatas a rectissima politia. deinde dinumerantur cum ijs. Suntque ipsarum haec transgressiones, sicut in ijs, quae a principio diximus. Ultimo autem de tyrannide rationabile est facere mentionem, quia omnium minime politia haec est, nobis autem methodus de politia. Propter quam quidem igitur causam & ordinatum est, hoc modo, dictum est.

corum autem & Republica non faciunt causam communem, propter quam scilicet assumantur ad principatum virtutis, id est a virtute, hoc est, non habent respectum ad virtutem in eligendo secundum quod huiusmodi, quia cuius sit aliqui approbati, & qui videntur esse excellentes viri, quibus attribuunt principatum, non quidem secundum quod huiusmodi, sed secundum quod diuites vel apti ad regendum. Deinde cum dicit.

¶ Ponit tertiam speciem, & dicit quod tertia species est in qua eligentes principes respiciunt ad diuites virtuosos & populum, sicut accidit in Carthagine, vbi respicit ad ista tria, & talis Respublica optimatum status dicitur, sed mixta ex statu paucorum populari & optimatum. Deinde cum dicit.

¶ Ponit quartam speciem, & dicit quod quarta species status optimatum est in qua in eligendo principatus, habetur respectus ad duo scilicet, ad virtutem & popularem, ut est Respublica Lacedaemoniorum, & propter hoc mixta est ex optimatum & populari primo modo dicta. Et tunc recapitulat istos modos, & dicit, quod manifestum est, quod praeter primam speciem status optimatum, quae est optima sunt istae duae vltimae, de quibus iam dictum est, & tertia quae fuit secunda in ponendo species, & quocumque istius speciei quae Respublica dicitur, magis inclinatur ad statum paucorum in quantum sit respectus ad diuites, & non ad paucos.

¶ Ad quartum dicendum, quod iudicium non eodem modo libero arbitrio, & synderefi conuenit, quia ad synderefi pertinet vnuerfale iudicium, secundum vnuerfalia iuris principia, semper. n. de conditionibus, per principia iudicatur. Vnde & scientia resolutiua iudicandi ars dicitur, sed ad liberum arbitrium pertinet iudicium particulare de hoc operabili, quod est iudicium electionis. vnde synderefi non est idem, quod liberum arbitrium.

¶ Ad quintum dicendum, quod habitus naturalis nunq amittitur, sicut patet de habitu principiorum speculatiuorum, quae semper homo retinet, & simile est etiam de synderefi.

A R T.

D. 1155.

Tex. 22.

Tex. 2.

Tex. 3.

D. 77.

D. 777.

cap. 7.

ARTICVLVS. III.

c Vtrum synderefi sit habitus uel potentia.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur qd synderefi sit potentia, & non habitus. Ea enim, quae veniunt in eadem diuisionem videntur esse vnus rationis: sed synderefi diuiditur contra alias animae potentias: contra rationalem, & concupiscibilem, & irascibilem, vt patet ex glo. Hiero. Etzech. 1. ergo videtur, qd sit potentia.

¶ 2. Præterea. Hiero. dicit Malach. 2. super illud. Custodite spiritum vestrum &c. Spiritus dicitur non pars animalis, quae

1. par. q. 79. art. 12. Et ver. q. 16 art. 1.

A non percipit ea, quae sunt Dei, sed rationalis. hanc autem vocat synderefi: sed rationalis pars potentiam nominat. ergo videtur, quod sit potentia.

¶ 3. Præterea. Habitus non inscribitur nisi potentiae: sed Aug. dicit, qd vnuerfalia iuris praeccepta, scripta in naturali iudicatio- rio sunt, quod est synderefi. ergo cum vnuerfalia iuris, sic aliquis, videtur, qd synderefi cui inscribuntur, sit potentia quaedam.

¶ 4. Præterea. Ex identitate actuum colligitur identitas potentiarum: sed, vt ex inducta auctoritate patet: ad synderefi pertinet iudicium, cum ergo liberum arbitrium a iudicando nominetur, videtur quod synderefi sit id quod liberum arbitrium, sed liberum arbitrium est potentia. ergo & synderefi.

¶ 5. Præterea. Habitus amittitur per obliuionem vel alio modo, sed synderefi semper manet, quae etiam post mortem peccato remurmurat, cuius murmur vermis dicitur. ergo synderefi nominat potentiam, & non habitum.

SED CONTRA. Potentia rationalis se habet ad opposita: sed synderefi se habet determinate ad vnum, quia nunq errat. ergo videtur, qd non sit potentia sed habitus.

¶ Præterea. Opposita in idem genus reducuntur: sed synderefi opponitur fomes, sicut enim fomes semper ad malum infligit: ita & synderefi semper in bonum tendit. cum igitur fomes sit habitus quidam, vt in littera dicitur. videtur etiam qd synderefi habitum nominet.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut est de motu rerum naturalium, qd omnis motus ab immobili mouente procedit, vt dicit Aug. 8. super Gen. & probat in 7. & 8. Physico. & omne distimiliter se habens ab vno, eodemq; modo se habent, ita etiam oportet, qd sit in processu rationis. cum enim ratio varietatem quandam habeat, & quodammodo mobilis sit, secundum qd principia in conditiones deducit, & in conferendo frequenter decipitur, oportet qd omnis ratio ab aliqua cognitione procedat, quae vniformitatem & quietem quandam habeat, quod non fit per discursum inuestigationis: sed subito intellectu offeratur. sicut. n. ratio in speculatiuis deducitur ab aliquibus principijs per se notis, quorum habitus intellectus dicitur: ita etiam oportet, qd ratio practica ab aliquibus principijs, per se notis deducatur, vt quod est malum non esse sciendum, praecceptis Dei obediendum fore, & sic de alijs. & horum quidem habitus est synderefi. vnde dico, qd synderefi a ratione practica distinguitur, non quidem per substantiam potentiae, sed per habitum, qui est quodam modo innatus menti nostrae ex ipso lumine intellectus agentis, sicut & habitus principiorum speculatiuorum, vt omne totum est maius sua parte, & huiusmodi licet ad determinationem cognitionis eorum sensu, & memoria indigeamus, vt in 2. Poster. dicitur. Et ideo statim cognitio terminis, cognoscuntur, vt in 1. Poster. dicitur. Et ideo dico, qd synderefi vel habitum tantum nominat, vel potentiam saltem subiectam habitui, sic nobis innato.

¶ AD PRIMUM ergo dicendum, qd synderefi diuiditur contra alias potentias, non quasi diuersa, per substantiam potentiae: sed per habitum quandam, sicut si intellectus principiorum contra speculatiuam rationem diuideretur.

¶ Ad secundum dicendum, qd rationalis pars, non simpliciter vocatur synderefi, sed secundum quod talem habitum concernit.

¶ Ad tertium dicendum, quod vnuerfalia iuris non inscribuntur synderefi, quasi habitus potentiae: sed magis quasi collecta in habitu inscribuntur ipsi habitui, sicut principia geometrica in habitu inscribuntur.

¶ Ad quartum dicendum, quod iudicium non eodem modo libero arbitrio, & synderefi conuenit, quia ad synderefi pertinet vnuerfale iudicium, secundum vnuerfalia iuris principia, semper. n. de conditionibus, per principia iudicatur. Vnde & scientia resolutiua iudicandi ars dicitur, sed ad liberum arbitrium pertinet iudicium particulare de hoc operabili, quod est iudicium electionis. vnde synderefi non est idem, quod liberum arbitrium.

¶ Ad quintum dicendum, quod habitus naturalis nunq amittitur, sicut patet de habitu principiorum speculatiuorum, quae semper homo retinet, & simile est etiam de synderefi.

A R T.

Circa fin. 7. Phy. a. tex. 1. v. 13. ad 9. & 8. a. tex. 21. v. 14. & 45.

cap. vi. cap. i.

8. par. q. 79. artic. 13. Et ver. q. 17. r. 1. Super epi. Rom. c. 2.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod conscientia non sit actus. Origenes, n. dicit, qd conscientia est spiritus corrector, & pedagogus anime, & bi sociatus, quo separatur a malis, & adheret bonis: sed spiritus vel nominat potentiam, vel etiam ipsam essentiam anime, ergo videtur, qd conscientia non sit actus.

¶ 2 Præter. Conscientia, secundum qd a quibusdam describitur, est dictamen rationis, quo iudicat & ligat ad faciendum, & non faciendum: sed iudicium de hoc faciundo vel non faciundo, v. dicitur est, pertinet ad liberum arbitrium, ergo conscientia est liberum arbitrium, sed liberum arbitrium non est actus, ergo nec conscientia.

¶ 3 Præter. In glo. Ezech. i. dicit Hiero. postq. de synderesi loquitur, hanc autem conscientiam, interdum præcipitari videmus, ergo videtur, qd conscientia sit idem quod synderesis: sed synderesis non nominat actum: sed potentiam vel habitum, ergo videtur, qd etiam conscientia.

¶ 4 Præter. Conscientia est scientia quædam: sed scientia nominat habitum, ergo & conscientia.

¶ 5 Præter. Damasc. dicit, qd conscientia est lex intellectus nostri: sed lex intellectus, est ipsa lex naturalis, que est habitus principiorum iuris, ergo videtur, quod conscientia sit habitus, & non actus.

¶ 6 Præter. Omnis actus vel generat habitum, vel saltem ex aliquo habitu est productus. si igitur conscientia est actus quidam, oportet qd multiplicatis actibus generetur habitus, qui conscientia dicitur, vel quod saltem tales actus, ex habitu aliquo procedant, quod in idem redit.

SED CONTRA. Conscientia peccatum aggravare dicitur: sed aggravatio peccati esse non potest: nisi per hoc, qd contradicitur actuali rationis considerationi, ergo videtur, qd conscientia actualem rationis considerationem nominet.

¶ Præter. Ut dictum est, conscientia a quibusdam dictamen rationis dicitur: sed dictamen actum quendam nominat, secundum quod ratio aliquid faciendum iudicat, ergo videtur, quod conscientia actum nominet.

RESPONDEO. Dicendum, qd conscientia multis modis accipitur, quoad que n. dicitur conscientia ipsa res conscia, & sic sumitur i. Timoth. 1. Charitas procedit de conscientia bona. Glo. i. spes, quia ex meritis, que conscientia tenet, motus spei insurgit. Quandoq; vero dicitur habitus, quo quis disponitur ad sciendum, & secundum hoc ipsa lex naturalis, & habitus rationis consuevit dici conscientia. Quidam etiam dicunt, qd conscientia quandoque potentiam nominat: sed hoc nimis extraneum est, & improprie dictum. quod patet si diligenter omnes potentie anime inspiciantur, nullo autem horum modorum conscientia sumitur, secundum quod in vsum loquentium venit, prout dicitur ligare, vel aggravare peccatum, nullus enim ligatur ad aliquid faciendum: nisi per hoc, qd considerat hoc esse agendum, vnde quandam actualem considerationem rationis, per conscientiam communiter loquentes intelligere videntur, sed que sit illa actualis rationis consideratio videndum est. Sciendum est igitur, qd sicut in 7. Ethic. Philosophus dicit, ratio in eligendis & fugiendis, quibusdam syllogismo utitur. In syllogismo autem est triplex consideratio, secundum tres propositiones, ex quarum duabus tertia concluditur: ita etiam contingit in proposito, dum ratio in operandis ex vniuersalibus principijs, circa particularia iudicium allumit, & quia vniuersalia principia iuris, ad synderesim pertinent: rationes autem magis appropriatæ ad opus, pertinent ad habitus, quibus ratio superior & inferior distinguuntur, synderesis in hoc syllogismo, quasi maiorem ministrat, cuius consideratio est actus synderesis: sed minorem ministrat ratio superior vel inferior, & eius consideratio est ipsius actus: sed consideratio conclusionis elicite, est consideratio conscientie, verbi gratia, synderesis hanc proponit, Omne malum est vitandum: ratio superior hanc assumit, adulterium est malum, quia lege Dei prohibetur, siue ratio inferior assumeret illam, quia ei est malum, quia iniustum siue

cap. 13.

inhonestum, conclusio autem, que est, adulterium hoc esse vitandum, ad conscientiam pertinet, & iudicium sit de se sentiri, vel de preterito, vel futuro, quia conscientia & factis remurmurat, & faciendis contradicit: & inde dicitur conscientia, quasi cum alio scientia: quia scientia vniuersalis ad actum particularem applicatur, vel etiam quia per eam aliquis sibi conscius est eorum, que fecit vel facere intendit, & propter hoc etiam dicitur sententia, vel dictamen rationis, & propter hoc etiam contingit conscientiam errare, non propter synderesis errorem: sed propter errorem rationis, sicut patet in hæretico, cui dicitur conscientia, qd prius permittat se comburi qd iuret, quia ratio superior peruerfa est in hoc, qd credit iuramentum, simpliciter esse prohibitum, & secundum hunc modum patet, qualiter differat synderesis, lex naturalis, & conscientia, quia lex naturalis nominat ipsa vniuersalia principia iuris: synderesis vero non nominat habitum eorum, seu potentiam cum habitu, conscientia vero nominat applicationem quandam legis naturalis, ad aliquid faciendum, per modum conclusionis cuiusdam.

do est mortale, aliquando veniale peccatum, vt enim dictum est, tunc mulier sine viro gustat, cum ita delectatione cogitationis peccatum tenetur, vt faciendum non decernatur, vel cum quidam terminus, & mensura peccato adhibetur a viro, vt non liceat mulieri effrenata libertate in peccatum progredi. Si ergo peccatum non diuturneatur, in delectatione cogita-

tionis: sed statim vt mulierem tetigit, viri autoritate repellatur, veniale est. Si vero diu in delectatione cogitationis tenetur, & si voluntas perficiendi desit, mortale est, & pro eo damnabitur simul vir & mulier, id est totus homo, quia tunc vir non sicut debuit mulierem cohibuit, vade potest dici conscientia.

AD PRIMUM, ergo dicendum, quod spiritus quandoque sumitur pro spiritali quadam operatione, & pro spiritali dono, & hoc modo sumitur hic spiritus, & non pro natura anime. Ad secundum dicendum, quod iudicium ad liberum arbitrium pertinet, ad conscientiam, & synderesim, sed diuersimode, quia ad liberum arbitrium pertinet iudicium, quasi participatiue, quia per se voluntatis non est ita scire, vnde ipsum iudicium electionis liberi arbitrij est: sed iudicium per se, vel est in vniuersali, & sic pertinet ad synderesim, vel est in particulari: tamen infra limites cognitionis persistens, & pertinet ad conscientiam, vnde tam conscientia, quam electio, conclusio quædam est particularis, vel agendi vel fugiendi: sed conscientia conclusio cognitiua tantum, electio conclusio affectiua, quia tales sunt conditiones in operatis, vt in 7. Ethicorum dicitur.

¶ Ad tertium dicendum, qd tota virtus conclusio, d. ex primis principijs trahitur, & inde est, qd conscientia, & synderesis frequenter pro eodem accipiuntur, & iudicium vtrique attribuitur, & præcipue iudicium vniuersale, quod per delectationem peccati non corrumpitur: sed magis iudicium in particularibus: & ideo non dicit synderesim præcipitari, sed conscientiam.

¶ Ad quartum dicendum, quod conscientia & actum, & habitum nominare potest: est enim scire in habitu, & scire in actu, vnde & conscientia diuersimode accipi potest, vt dictum est.

¶ Ad quintum dicendum, qd conscientia, secundum quod accipitur pro habitu, potest dici lex naturalis, quia ex habitu illo præcipue actus conscientie elicitur.

¶ Ad sextum dicendum, quod habitus illo, ex quo nascitur actus conscientie, non est habitus separatus ab habitu rationis & synderesis, quia non alius habitus est d. principiorum, & conclusio, que eliciuntur ab eis, & præcipue earum, que sunt circa singularia, quorum non est d. habitus conscientie: nisi secundum qd continentur in principijs vniuersalibus.

D. 1103.

D. 702.

D. 1104.

EXPOSITIO TEXTVS.

ED NVNC perice bonum. Intelligendum est de bono meritorio, quia nihil in eo erat, quod ad malum impelleret, videtur hæc causa esse insufficientis, quia in Christo etiam, nihil fuit ad malum impellens, & tamen resistendo malo meruit. Et dicendum secundum quosdam, quod hoc intelligitur, non de quolibet merito: sed de merito satisfactionis, ad quam pena requiritur: sed hoc non videtur esse ad propositum, quia Adam merito satisfactionis non indigebat. Et ideo aliter potest dici, quod ratio meriti ex duobus potest sumi, vel ex habitu informantæ, & sic omnis actus vel facilis, vel difficilis gratia informatus meritorius est, vel ex conditione actus præcipue in quo est difficultas, & hanc rationem merendi in resistendo peccato non habuit.

DI VISIO



LYD quoque præmittendum non est, quod talis in vnoquoque homine &c. Ostensa diuersitate quadam partium anime: hic ostendit, quo modo contingat in eis peccatum esse. Et diuiditur i partes tres. In prima ostendit, qualiter in vnaquaque parte anime, possit esse peccatum mortale & veniale. In secunda, assignat huiusmodi distictionis, quam fecit causam, ibi {Hic de partibus anime inferuimus}. In tertia mouet quandam dubitationem, que potest accidere distinguendo sensualitatis nomen, ibi {Non est autem silentio prætereundum &c.} Prima diuiditur in duas. In prima adaptat p quaedam similitudinem, processum peccati in viribus anime peccato priorum parentum, quantum ad virum & mulierem & septemem. In secunda ostendit, qualiter in singulis contingat esse peccatum, ibi {Nunc superest ostendere &c.} Et circa hoc tria facit. Primo ostendit, qualiter contingat in partibus anime peccatum mortale, vel veniale esse. Secundo summam colligit ea que dixit, ibi {Itaq; vt breuiter summam perstringam &c.} Tertio inducit auctoritates ad confirmandum, ibi {Hic autem Aug. in lib. 12. de trinitate &c.}

QVAESTIO III.

C

Hic quaruntur sex.

- Primo. Quis motus sit sensualitatis, & rationis inferioris & superioris.
Secundo. Vtrum motus sensualitatis possit esse peccatum.
Tertio. Vtrum in ratione possit esse peccatum.
Quarto. Vtrum delectatio rationis inferioris aliquo modo possit esse peccatum mortale, si diu permaneat.
Quinto. Vtrum in ratione superiori possit esse peccatum veniale.
Sexto. Vtrum veniale per multiplicationem, vel alio modo possit esse mortale.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum motus sensualitatis, & rationis superioris & inferioris conuenienter, & sufficienter assignentur in litera.



PRIMUM sic proceditur. Videtur qd insufficienter, & inconuenienter distinguantur in litera motus sensualitatis, & inferioris, & superioris rationis. Omnis enim virtus, naturaliter in suum obiectum mouetur: sed virtus generatiua & nutritiua est quædam naturalis virtus, ergo habet aliquem motum naturalem, in actum generationis & comestionis: & ita præter motum sensualitatis, & rationis, oportet ponere motum naturalem. ¶ 2 Præterea. Motus specificatur per terminum, & actus per obiectum, sed aliquis actus peccati est actus generatiua, & obiectum alius actus peccati est obiectum generatiua & nutritiua, ergo motus in istud obiectum ad generatiua pertinet, & non ad sensualitatem & rationem: & ita insufficienter motus anime diuiduntur. ¶ 3 Præterea. Diuersarum potentiarum diuersa sunt delectabilia, sicut & diuersæ operationes, delectatio. n. operationem sequitur, vt in 10. Ethic. dicitur: sed sensualitas & inferior ratio sunt diuersæ potentie, ergo delectationem non habent circa idem: & ita inconuenienter ratio inferior ponitur, circa idem delectari, in quo delectatur sensualitas. ¶ 4 Præterea. Sicut supra dictum est, ratio superior & inferior, non differit per essentiam potentie, sed in respectu eiusdem obiecti per diuersa media negociari habet. si ergo rationi inferiori attribuitur delectatio circa sensibilia ex hoc, qd de sensibilibus negociari habet per rationes ciuiles, & a rebus creatis sumptas, videtur qd etiam superiori rationi possit aliqua delectatio circa sensibilia ascribi, ex hoc, quod de eis per rationes

diuinas negociatur, secundum quod intendit æternis consiliis, vt dictum est.

¶ 5 Præterea. Consensus pertinet ad eum, cuius est iudicium: sed eiusdem est iudicare & regulare. cum igitur ratio superior sit regula rationis inferioris, videtur quod consensus in delectationem, ad rationem inferiorem non pertineat: sed ad superiorem.

Repetitio summam perstringens.



Taque vt breuiter summam perstringam, qd peccatum ita in anime concipitur, vt illud facere disponat, vel etiam perficiat, aliud frequenter, aliud semel, vel etiam quando cogitationis delectatione diu tenetur, mortale est. Cum vero in sen-

RESPONDEO. Dicendum, qd motus: vt dicit Philosophus est via in ens, vnde in partibus anime motus proprie dicitur inclinatio ad aliquid: & ideo quibus viribus inclinatio non conuenit, eis proprie motus non attribuitur. Inclinatio autem est in appetitu, qui mouet in aliquid agendum: & ideo actus appetitiuum virtutum, motus vocantur, non autem proprie actus apprehensiuarum. Est autem in nobis triplex appetitus, scilicet naturalis, sensitiuus, & rationalis. Naturalis quidem appetitus, pura cibi, est, quem non imaginatio gignit, sed ipsa qualitas in naturalium dispositio, quibus naturales vires suas actiones exercet. Hic autem motus in nullo rationi subiacet nec obedit, vnde nec in eo peccatum esse potest: & ideo hic prætermittitur. Appetitus autem sensitiuus est, qui ex præcedenti imaginatione, vel sensu consequitur, & hic vocatur motus sensualitatis. Appetitus autem rationalis est, qui consequitur apprehensionem rationis, & hic dicitur motus rationis, qui est actus voluntatis: sed rationis apprehensio dupliciter esse potest. Vna simplex & absoluta, quando, statim sine discussione apprehensum diiudicat, & talem apprehensionem sequitur voluntas, que dicitur non deliberata. Alia est inquisitiua, quando, tractatione de bono vel malo, conueniens vel nociuum inuestigat, & talem apprehensionem sequitur voluntas deliberata. ratio ergo inferior, que terre nis disponendis intendit, vt quoque modo motum voluntatis circa terrena elicere potest, vel quando subito apprehendit hoc esse conueniens, vel nociuum corpori, & tunc sequitur motus rationis inferioris, qui dicitur delectatio, quia tunc accipit illud, quod corpori delectabile est vt faciendum, vel quando inquirendo deliberat, & tunc non potest sequi appetitus, ante deliberationem finitam, & tunc consentire dicitur in delectationem. Ratio autem superior, quia per se rebus terre nis non intendit: sed solum secundum qd regularur rationibus æternis, non sequitur ipsam aliquis motus, nisi deliberata respectu. horum terrenorum: & ideo respectu eorum, non attribuitur sibi delectatio, sed solum vitium consensus, qui est consensus in executione operis.

¶ Ad primum, ergo dicendum, quod sicut dictum est, motus naturalis ideo prætermittitur, quia in ipso peccatum esse non potest.

¶ Ad secundum dicendum est, qd cum vires superiores, aliquo modo ordinat inferiores, circa actum generatiua & nutritiua, contingit esse actus etiam aliarum potentiarum, vel sensus vel rationis, verbi gratia: maturatio seminis, & organizatio prolis & huiusmodi, absolute ad generationem pertinent, & quia generatiua, nullo modo rationi obedit, ideo in his actibus nullo modo contingit esse peccatum: sed appetitus delectationis, & delectatio ipsa, que in coitu accidit, & alia huiusmodi, que ad virtutem sensitiuam & motiuam pertinent, possunt ordinari a ratione vel vitari, vnde in his peccatum est, que nec ad potentiam generatiua, vel nutritiuam pertinent.

¶ Ad tertium dicendum, qd sicut contingit idem esse apprehensum, per sensum & rationem: ita etiam contingit idem esse desideratum per vtrumque: & ideo quæuis non sit eadem operatio vtriusque: tamen potest esse circa idem, & per consequens etiam delectatio, que operationem consequitur, vnde non est inconueniens, si circa idem, sensus, & ratio delectatur: non tamen eodem modo, sed sensus delectatur in eo, sub ratione delectabilis in sensu, ratio vero inferior, secundum quod accipitur in ratione boni, vel conuenientis ad regimen corporis.

¶ Ad quartum dicendum, quod sicut dictum est, ratio superior non habet motum circa res temporales, nisi deducendo ad

cap.

... eas per modum consilij rationes eternas & ideo non se habent...

... fualitatem, & ratio inferior sensualem, & ratio...

... de alijs. & secundum hoc dico, qd rationi superiori referatur...

ARTICVLVS II.

De veritate in sensualitate sit peccatum.

De ver. q. 25, art. 5.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod in sensualitate non possit esse peccatum...

1. Retract. c. 13. 3. de anima 102. q. 2.

Præterea. Omne peccatum in voluntate est, secundum Augustinum...

Præterea. Virtus & vitium cum sint contraria, sunt in eodem...

Præterea. Nulli imputatur aliquid ad culpam, quod in eius potestate non est...

Præterea. Actus proprius & naturalis alicuius non potest esse peccatum...

Tex. 21. Tex. 17.

Præterea. Peccatum post mortem etiam in anima manet...

SEDCONTRA. Aug. dicit, qd nonnullum vitium est, cui caro aduersus spiritum concupiscit...

D. 375. 445. 899.

RESPONDEO. Dicendum, qd omnes primi d motus, qui sensualitati ascribuntur...

... considerationem, non est aliud, quam inordinatus motus ad genus moris...

Aug. in 12. lib. de tri. tradit ita. Sicut in illo conungio, primo rum hominum...

... eos impedire, ppter, vt sic quodam modo voluntati subiacet, quantum ad hoc...

AD PRIMUM. Ergo dicendum, qd quauis sensualitas nobis peccatoribus...

AD SECUNDVM. Dicendum, qd omne peccatum est in voluntate, non sicut in subiecto...

AD TERTIVM. Dicendum, quod electio est principale in virtute, vt Philosophus...

AD QUARTVM. Dicendum, quod motus isti quodam modo sunt in potestate nostra...

AD QVINTVM. Dicendum, quod quauis potentia sensualitatis, secundum quorundam opinionem...

ARTICVLVS III.

De veritate in ratione possit esse peccatum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur qd in ratione non possit esse peccatum...

... non possit esse peccatum. Ratio. n. potentiam cognitiuam nominat,

Tex. 5.

... nominat: sed peccatum ad affectum pertinet. ergo in ratione peccatum non est.

Præterea. In 3. de anima dicit Philosophus, qd intellectus semper est rectus...

Præterea. Dion. dicit 4. cap. de diu. nomi. peccatum esse contra rationem...

Præterea. Superior ratio habet hunc actum, vt contemplandis eternis in heret, sicut supra dictum est...

Præterea. In partibus animæ inuenitur aliqua perpetua corruptio...

Præterea. Sicut se habet ratio speculatiua ad scibilia: ita se habet ratio practica ad operabilia...

RESPONDEO. Dicendum, qd rationis peccatum potest dici dupliciter. Vno modo...

AD PRIMUM. Dicendum, qd corrupta ratio, non est ratio, sicut falsus syllogismus...

AD SECUNDVM. Dicendum, qd in anima est aliquid, quod est peccatum...

AD TERTIVM. Dicendum, qd corrupta ratio, non est ratio, sicut falsus syllogismus...

AD QVINTVM. Dicendum, qd in anima est aliquid, quod est peccatum...

... culari passione vincatur, inducet conditionem negatiuam eligens fornicationem...

... ter, verum etiam perpetratum efficaciter mente decerni: nisi & illa mentis intentio penes...

... quæ statim, vt attigerunt animum respici debere, negandum est esse peccatum...

... quæ modo in ratione, præcipue cum voluntas, non sit nisi boni, vel apparentis boni...

AD SECUNDVM. Dicendum, qd intellectus non est idem d quæ ratio. Ratio. n. importat...

AD TERTIVM. Dicendum, qd corrupta ratio, non est ratio, sicut falsus syllogismus...

AD QVINTVM. Dicendum, qd in anima est aliquid, quod est peccatum...

AD SECUNDVM. Dicendum, qd corrupta ratio, non est ratio, sicut falsus syllogismus...

AD TERTIVM. Dicendum, qd corrupta ratio, non est ratio, sicut falsus syllogismus...

AD QVINTVM. Dicendum, qd in anima est aliquid, quod est peccatum...

AD SECUNDVM. Dicendum, qd corrupta ratio, non est ratio, sicut falsus syllogismus...

AD TERTIVM. Dicendum, qd corrupta ratio, non est ratio, sicut falsus syllogismus...

AD QVINTVM. Dicendum, qd in anima est aliquid, quod est peccatum...

AD SECUNDVM. Dicendum, qd corrupta ratio, non est ratio, sicut falsus syllogismus...

AD TERTIVM. Dicendum, qd corrupta ratio, non est ratio, sicut falsus syllogismus...

AD QVINTVM. Dicendum, qd in anima est aliquid, quod est peccatum...

D. 1083.

B. 9. Ethic. cap. 4.

I. 2. q. 74. artic. 6.

I. 2. q. 74. art. 3.

mente. ¶ 3 Contra. Cōsensu in veniale non est nisi venialis; sed delectatio per se sumpta est veniale: ut dictum est, ergo consensus in ea non erit mortalis.

¶ 4 Præterea. Non est mortale, quod non est prohibitum lege divina: sed consentire in huiusmodi delectationes, dummodo in opus non consentiatur, non est prohibitum lege divina. ergo non est peccatum mortale.

¶ 5 Præterea. Maius est peccatum homicidij q̄ fornicationis: sed si aliquis cogit de occisione, & in cogitatione delectatur, & in delectationem consentiat, non videtur peccare mortaliter, ergo videtur, q̄ nec etiam si consentiat in delectationem carnis: dummodo in actum non consentiat.

Sed contra. Est quod in litera dicitur in pluribus locis.

¶ Præterea. Sicut vir poterat peccare mortaliter: ita & mulier in coniugio primorum parentum: sed inferior rō mulieris figuram exprimit, ergo in ea mortale peccatum esse potest: sed non secundum substantiam delectationem. ergo secundum delectationem morosam.

Respondio. Dicendum, q̄ sicut supra dictum est, delectatio rationis inferioris, nihil aliud est q̄ complacentia voluntatis in eo quod apprehenditur cōueniens, per inferiorem rationem. hæc autem delectatio est, ut in litera dicitur, si statim ut mentem attingit, auctoritate viri expellatur, veniale peccatum est. hoc enim contingit, quando talis complacentia sequitur substantiam rationis apprehensionem. si vero diu teneatur, peccatum mortale est. Hæc autem diuinitas non est ex quantitate temporis iudicanda, sed magis ex deliberatione rationis. si. n. post deliberationem rationis inferioris, adhuc delectatio illa placeat, morosa delectatio dicitur, & tunc erit in delectationem consensus, & tunc mortale peccatum est, ut Magister dicit, & verba Aug. sonare videntur, quāuis quidam in hoc Magistro contradicant, auctoritates Augustini exponentes. Sed opinio Magistri, valde probabilior est & securior, quod sic patet. Quædam operationes sunt, quæ ex suo genere peccata mortalia sunt, ut fornicatio, furtum, & huiusmodi: quæ autem aliquod horum peccatorum mortale non sit, non potest esse, nisi per accidens, in quantum. Cuius subiectum peccati mortalis capax non est, ut quando est in sensualitate tantum. Philosophus autem vult in 10. Ethic. q̄ idem iudicium est, de operatione & delectatione. Vnde si operatio est per se bona, & delectatio est per se bona, & e contrario: q̄ ergo delectatio cōsequens per operationem, quæ est per se peccatum mortale nō sit mortalis, hoc non est nisi per accidens. Ex defectu subiecti, vnde quandoque que mala delectatio, vel operatio reducitur ad hoc, in quo potest esse perfecta ratio peccati vel virtutis, de necessitate incipit esse peccatum mortale. perfecta autem ratio virtutis, vel peccati mortalis, non potest esse sine electione rationis consiliantis, & deliberantis: & ideo quicquid fornicationis, ante hoc inuenitur per accidens, peccatum mortale non est. ubi autem ad hoc peruenitur, statim peccatum mortale esse incipit. vnde etiam si vsus exteriorum membrorum, & delectatio eorum, esset sine voluntate tali, peccatum nō esset, sicut beata Lucia dixit. Si inuitam me violari feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam, sed consensus adueniens actui exteriori, facit peccatum mortale. Similiter appetitus sensualitatis, & delectatio cōsequens appetitum, ante consensum rationis deliberatæ, peccatum mortale non est, sed post consensum rationis deliberantis peccatum mortale incurritur.

Ad primum. ergo dicendum, q̄ sicut ratio inferior, regit vires sensibiles: ita ratio superior regit inferiorem: vnde

sicut in viribus sensibilibus, est virtus & vitium, ex hoc, q̄ participant regimen rationis, ita etiam in inferiori ratione, potest esse peccatum mortale, ex hoc, q̄ regitur a ratione superiori, cuius est aduertere diuinam præcepta.

Ad secundum dicendum, q̄ sicut dictum est, non dicitur diuina delectatio propter moram temporis: sed ex consensu rationis deliberatæ. ¶ Ad tertium dicendum, q̄ consensus in veniale quod est veniale ex genere, ut verbum octosolum, nō est mortalis: sed consensus in illud veniale, quod est veniale per accidens, bene potest esse mortalis, quia per talem consensum remouetur illud accidens, quod ratione peccati mortalis auferebat. ¶ Delectationem rationis non attingere.

¶ Ad quartum dicendum etiam, quod interior delectatio diuino peccato prohibetur, ut per hoc quod dicitur, Non concupisces rem proximi tui: si tamen nullum tale præceptum esset, adhuc ratio non sequitur: q̄ ex hoc ipso, quod aliqua operatio prohibetur, designatur esse per se mala, in quocunque sit tam ipsa quam delectatio eius, nisi per accidens prohibeatur.

¶ Ad quintum dicendum, q̄ secundum diuersitatem operationum est diuersitas delectationum. vnde alterius naturæ est delectatio, quæ sequitur operationem appetitiuam virtutis, & delectatio, quæ sequitur operationem cogitatiuam: sicut. n. cogitatio de homicidio vel luxuria, sine appetitu aliquo, non reducitur, nisi inordinata sint, ad genus luxurie vel homicidij, sed ad aliud genus, quod est curiositas vel vanitas, ita etiam delectatio cōsequens talem cogitationem, non pertinet ad genus homicidij vel fornicationis, vnde consensus in talem delectationem, non est peccatum mortale sed veniale, quia enim vanitas cogitatio nis, non est mortalis ex genere suo, etiam delectatio cōsequens appetitum homicidij, vel fornicationis, reducitur ad idem peccati genus, sicut & appetitus ipso. vnde dicitur in fornicatione, si aliquis consentiat in delectationem, quæ appetitum concupiscentis respectu fornicationis sequitur, erit peccatum mortale: ita etiam & multo amplius, si consentiat in delectationem, quæ appetitum irascibilis respectu homicidij sequitur, erit peccatum mortale.

ARTICVLVS V. De vtrum in ratione superiori possit esse peccatum mortale.

Ad quintum sic proceditur. Videtur q̄ in superiori parte rationis, non possit esse peccatum veniale. Peccatum enim superioris rationis, non est nisi per hoc, q̄ desinitur a rationibus æternis: sed ab eis desecti non contingit, nisi per peccatum mortale. ergo in ratione superiori, non erit peccatum nisi mortale.

¶ 2 Præterea. Contemptus, peccatum mortale facit: sed non potest esse, q̄ aliquis post deliberationem, in actum peccati consentiat sine contemptu. ergo cum superior ratio, sine deliberatione non peccet, videtur quod in ipsa nunquam sit, nisi mortale peccatum.

¶ 3 Præterea. Consensus in actum peccati mortalis, semper est mortale peccatum: sed motus superioris partis rationis, dicitur esse consensus in actum. ergo ad minus in genere mortalis peccati, superior ratio nunquam venialiter peccat.

¶ 4 Præterea. In partibus animæ inuenitur aliquid, in quo non potest esse, nisi veniale peccatum. scilicet sensualitas, inuenitur etiam aliquid, in quo potest esse & veniale & mortale. Inferior ratio, ergo ad

de Genes lib. 1. c. 14.

1. Cor. 1.

D. 103.

D. 1009.

ergo ad completionem partium animæ oportet esse aliud, in quo non possit esse, nisi peccatum mortale. hoc autem non est synderesis, quia in ipsa non est peccatum. ergo relinquatur, quod ipsa sit superior ratio.

¶ 5 Præterea. Peccatum veniale ex corruptione carnis oritur, quia sicut supra probatum est: Adam in primo statu venialiter peccare nō poterat: sed superior ratio est in summo remotionis a carne. ergo in ipsa peccatum veniale esse non potest.

Sed contra. Consensus in actum venialis peccati non est grauior q̄ ipse actus: sed quidā actus sunt venialia peccata, ut loqui ociosa & huiusmodi. ergo consensus in huiusmodi est etiam veniale: sed consensus in actum pertinet ad superiorem rationem. ergo in ipsa potest esse peccatum veniale.

¶ Præterea. Sicut aliorum peccatorum contingit esse aliquos motus subitaneos ex surreptione: ita etiam & infidelitatis: sed non est dicendum, tales motus esse peccata mortalia. cum ergo non sint motus nisi superioris partis rationis, cuius est diuina conspiciere, videtur q̄ in ipsa veniale peccatum esse possit.

Respondio. Dicendum, q̄ aliquem motum esse veniale peccatum contingit ex duobus, aut ex ipso genere actus, quod veniale est, sicut verba ociosa, aut ex parte eius cuius est motus, in quantum videlicet motus ille electione præcedit, in qua principalitas virtutis, & vitij consistit. Sciendum est igitur, q̄ vnaqueque potentia, quam aliquo modo possibile est eleuari, ad illud quod est supra se, potest habere aliquem subitum motum in id quod sibi cōuenit, ratione eius, q̄ est eleuata in aliquid superius: sicut in appetitu sensibili patet. nam ipse subitum motum habet in id quod est cōueniens secundum sensum, in quantum autem est regulatus ratione, & perfectus habitu virtutis, habet motum post deliberationem, in id quod est secundum rationem cōueniens. sicut autem appetitus sensibilibus eleuatur per regimen rationis, in id quod est supra se, etiam ratio superior eleuatur per lumen fidei, in id quod est supra naturalem suam cognitionem: & ideo subitum motus apprehensionis superioris rationis, est secundum naturalem suam cognitionem, qui si in aliquo fidei obuiet, erit motus infidelitatis ex surreptione, & ita propter defectum deliberationis, erit veniale peccatum. secundum hoc ergo distinguendum est, quia aut motus superioris rationis est in id quod est veniale ex genere, & sic etiam motus eius venialis erit: aut est in id quod est mortale ex genere. & hoc contingit dupliciter, quia vel illud est proprium obiectum eius, & sic habet circa illud duos motus, vnum subitum qui præcedit deliberationem, & hoc erit veniale peccatum: alium deliberatum, & hoc erit mortale, ut in motibus infidelitatis patet. aut est obiectum inferioris potentie sicut sensualitatis, ut patet in delectabilibus secundum carnem, & sic superior ratio non habet motum in illud, nisi cōsultationis, quasi ministrans medium, quod de illa re syllogizari potest: & ita circa illud non habet motum nisi deliberatum: & ideo in talibus motus superioris rationis semper est mortale peccatum. alijs autem duobus modis in ea contingit veniale peccatum esse.

Ad primum ergo dicendum, q̄ peccatum superioris rationis est per hoc, q̄ desinitur aliquo modo a rationibus æternis: sed hoc contingit dupliciter: vel simpliciter, sicut in mortali peccato, per quod desinitur quis a lege Dei actu & habitu, non tantum faciens præter eam, sed contra eam: vel secundum quid, sicut in veniali peccato, quo quis relinquit legem Dei actu, sed non habitu, non contra eam, sed præter eam faciens.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ deliberatus consensus in veniale non semper procedit ex tali contemptu, ut mortale peccatum faciat. quando enim hoc modo in veniale consentitur, ut si esset cōtra legem Dei, nullo modo heret, manet intra limites venialis peccati, etiam si aduertatur esse veniale peccatum: si autem hoc modo in ipsum consentitur, ut etiam si prohibetur esse peccatum: nihilominus fuerit, talis consensus in veniale, ex genere etiam mortalis esset.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ in illud mortale quod pertinet ad obiectum inferioris potentie, non habet superior ratio alium motum, nisi consensum deliberatum, eo q̄ ad ipsam non pertinet secundum se considerare cōuenientia corporis: sed solum consilium de his: & ideo in talibus non peccat nisi mortaliter.

secus autem est in illis mortalibus, quæ circa proprium obiectum committuntur, ut supra dictum est. ¶ Ad quartum dicendum, q̄ hoc q̄ sensualitas non peccat, nisi venialiter, est ex imperfectione eius: sed peccatum veniale non tantum causatur ex imperfectione agentis, sed etiam ex imperfectione ne agentis, sed etiam ex ipso genere actus: & ideo non oportet, q̄ potentia quantūcūq̄ sit perfecta, q̄ motus eius, nō possit esse venialis: sequeretur autem, si tantum ex imperfectione agentis veniale causaretur. Sic enim per oppositum, imperfecto perfecte diffimum responderet.

¶ Ad quintum dicendum, q̄ veniale peccatum non est ex corruptione carnis, sicut ex causa proxima, sed sicut ex causa prima, quia per hoc, q̄ caro corrupta traducitur, omnes animæ potentie quodammodo corrumpuntur, & ita corruptio redundat in ipsam rationem superiorem: quæ a carne sit remotissima.

ARTICVLVS VI.

De vtrum peccatum veniale possit fieri mortale.

Ad sextum sic proceditur. Videtur q̄ veniale possit fieri mortale. Ita. n. dicit Aug. super prima. Ioan. de venialibus loquens. Illa leuia noli negligere, huiusmodi quando ponderas, expauesce quando numeras, leuia multa faciunt vnum grande, multa guttæ implent fluium, multa grana faciunt massam: sed grande non dicitur nisi peccatum mortale, ergo ex multis venialibus, fit vnum mortale.

¶ 2 Item. Aug. in lib. de decem chordis. Nolite contemnere venialia, quia minima sunt: sed timere quia plura sunt, plerūq̄ enim bestia minutz multa necant. Si proiciatur quisque in locum pulicibus plenum, nunquid non moritur ibi? & minutissima sunt grana harenæ: sed si harena amplius in nauem mittatur, mergit illam ut pereat, quāuis minutz sint guttæ pluuiæ: nonne pluuiæ implent flumina & domos deiciunt? timenda est ergo ruina mult. rudinis, & si non magnitudinis.

¶ 3 Præterea. Omne finitum omni finito proportionabile est: sed complacentia qua aliquis in peccato mortali, ad bonum commutabile conuertitur finita est. ergo proportionalis est complacentie qua aliquis in peccato veniali, conuertitur ad commutabile bonum. ergo multiplicatū veniale, vni mortale facit.

¶ 4 Præterea. Delectatio ante deliberationem rationis, est veniale peccatum: sed post consensum deliberatū efficitur mortale. ergo veniale peccatum potest fieri mortale.

¶ 5 Præterea. vt in 5. Physic. dicitur. Motus est vnus, qui est continuus, sed contingit aliquem motum inordinatum, continuū in prima parte sui, non in contemptu Dei fieri, & sic est venialis, & postmodum in contemptu Dei, & fierit mortalis. ergo illud quod prius fuit veniale, potest fieri mortale.

¶ 6 Præterea. Dispositio sic habitus, vt in prædicamentis Philosophus dicit: sed veniale est dispositio ad mortale, ergo veniale potest fieri mortale.

¶ 7 Præterea. Eadem est distantia mortalis ad veniale, & venialis ad mortale: sed mortale per confessionem fit veniale, vt Ambr. dicit. ergo & veniale potest fieri aliquo modo mortale.

¶ 8 Ad hoc etiam est quod in litera dicitur, quod quedam damnant nisi sepius fiant, vel facienda decernantur, vt de ociofo verbo & huiusmodi: sed damnatio non est, nisi per peccatum mortale. ergo si verbum ociofum sepius iteretur, erit peccatum mortale.

Sed contra. Eorum quæ in infinitum distant, vnum non potest in aliud transmutari: sed mortale & veniale in infinitum distant, quod eorum pena ostendit, quia venialis debetur

1. 2. q. 88. artic. 4.

Circa 8a.

Tex. 39.

Cap. de Qual.

De Interp. lib. 1. ca. 6.

debetur poena temporalis, & mortali aeterna. ergo veniale non potest fieri mortale.

D. 1099.

RESPONDEO. Dicendum, quod cum queritur, an d veniale possit fieri mortale, tripliciter potest intelligi: aut ita quod vnus & idem numero actus, quandoque sit veniale, & postmodum fiat mortale, & hoc esse non potest, quia vnus actus non est nisi semel. ex quo enim semel transit, iterum resumitur non potest idem numero: & ideo si semel fuit veniale, nunquam erit mortale. Vel ita, quod aliquis actus, qui ex genere suo venialis est, aliquo modo mortalis fiat, & hoc possibile est, si tantum placeat, ut finis in eo constituitur. cum. n. impossibile sit esse duos fines ultimos, quandoque ponitur aliquod bonum commutabile finis ultimus vitae, oportet quod Deus non pro fine habeatur, & cum finis semper maxime sit dilectus, oportet quod illud in quo finis constituitur, supra Deum diligatur, quod constat peccatum mortale esse. huiusmodi autem complacentia expressissimum signum est, quando aliquis alicui rei etiam non prohibita, tantum adhaeret, ut consentiat, si etiam esset prohibita, illud se non relinquitur, ut precipue patet in quibusdam ebriosis, qui rotam vitam suam in vino posuerunt, & in histrionibus, qui verba otiosa sectantur. Alio modo potest intelligi, ut multa venialia pertingant ad quantitatem peccati mortalis. & hoc quidem per se loquendo, est impossibile, quia reatus & macula mortalis peccati, in infinitum distat ab ea, quae est venialis, cum peccatum mortale prius in infinitum bonum, quod est bonum incrementum: per veniale autem peccatum tollatur aliquod causatum, ut feruor charitatis. distantia autem priuationum mensuratur ex his quae priuantur, vni etiam eorum debetur poena aeterna, & alteri temporalis. Sed per accidens possibile est: cum enim veniale sit dispositio ad mortale ex hoc, quod aliquis frequenter venialiter peccat, fit in eo etiam pronitas ad peccandum mortale. liter. quanto enim magis consuevit in aliquo opere, tanto magis sibi placet illud, quia signum habitus est delectatio operis, ut in secundo Ethicorum dicitur. hoc tamen non de necessitate contingit. quantumcumque enim exerceat pronitas ad peccandum per iterationem venialium: semper tamen manet libertas in voluntate, ne in peccatum mortale delabatur.

Cap. 3

lib. 5. Diff. 3.

RESPONDEO. Dicendum, quod cum queritur, an d veniale possit fieri mortale, tripliciter potest intelligi: aut ita quod vnus & idem numero actus, quandoque sit veniale, & postmodum fiat mortale, & hoc esse non potest, quia vnus actus non est nisi semel. ex quo enim semel transit, iterum resumitur non potest idem numero: & ideo si semel fuit veniale, nunquam erit mortale. Vel ita, quod aliquis actus, qui ex genere suo venialis est, aliquo modo mortalis fiat, & hoc possibile est, si tantum placeat, ut finis in eo constituitur. cum. n. impossibile sit esse duos fines ultimos, quandoque ponitur aliquod bonum commutabile finis ultimus vitae, oportet quod Deus non pro fine habeatur, & cum finis semper maxime sit dilectus, oportet quod illud in quo finis constituitur, supra Deum diligatur, quod constat peccatum mortale esse. huiusmodi autem complacentia expressissimum signum est, quando aliquis alicui rei etiam non prohibita, tantum adhaeret, ut consentiat, si etiam esset prohibita, illud se non relinquitur, ut precipue patet in quibusdam ebriosis, qui rotam vitam suam in vino posuerunt, & in histrionibus, qui verba otiosa sectantur. Alio modo potest intelligi, ut multa venialia pertingant ad quantitatem peccati mortalis. & hoc quidem per se loquendo, est impossibile, quia reatus & macula mortalis peccati, in infinitum distat ab ea, quae est venialis, cum peccatum mortale prius in infinitum bonum, quod est bonum incrementum: per veniale autem peccatum tollatur aliquod causatum, ut feruor charitatis. distantia autem priuationum mensuratur ex his quae priuantur, vni etiam eorum debetur poena aeterna, & alteri temporalis. Sed per accidens possibile est: cum enim veniale sit dispositio ad mortale ex hoc, quod aliquis frequenter venialiter peccat, fit in eo etiam pronitas ad peccandum mortale. liter. quanto enim magis consuevit in aliquo opere, tanto magis sibi placet illud, quia signum habitus est delectatio operis, ut in secundo Ethicorum dicitur. hoc tamen non de necessitate contingit. quantumcumque enim exerceat pronitas ad peccandum per iterationem venialium: semper tamen manet libertas in voluntate, ne in peccatum mortale delabatur.

Ad quartum dicendum, quod motus delectationis, qui est in sensualitate, nullo modo sit moralis: sed consensus rationis adueniens, qui est aliud, cum diuersarum potentialium non sit vnus actus numero: vnde non sequitur, quod actus, qui prius fuit venialis, postea sit mortalis.

Quod sensualitas saepe in scriptura, aliter quam supra accipitur, scilicet ut inferior portio rationis eius nominatur.

Non est autem silentio praetereundum, quod saepe in scriptura nomine sensualitatis, non id solum in anima, quod est nobis commune cum pecore, sed etiam inferior portio rationis, quae temporalium dispositioni intendit, intelligitur. Quod diligens lector in locis scripturae, vbi de ipsa fit mentio, vigilanter annotet.

neris: sed forma substantialis sicut alterius generis. si ergo dispositio comparatur ad id quod est terminus motus eiusdem generis, sic constat, quod dispositio potest fieri illud ad quod disponit, sicut calor imperfectus fit calor perfectus. si autem accipitur terminus motus alterius generis, hoc nunquam contingit, sicut calor imperfectus quantumcumque excreuit, nunquam fit forma substantialis ignis. Dico ergo, quod veniale non est dispositio ad mortale sicut ad terminum eiusdem generis, sed ad terminum: & ideo veniale nunquam fit mortale.

Ad septimum dicendum, quod est aequiuocatio in veniali. cum enim dicitur, quod culpa mortalis, per confessionem fit venialis, non intelligitur de veniali ex genere, sed quod hic de veniali loquimur: sed intelligitur de veniali ex euentu. quod quidem dicitur veniale, per quandam similitudinem ad veniale, quia scilicet manet reatus ad poenam temporalem, pro culpa mortali, quam confessio deluit, non ita quod culpa in culpam mutetur.

Ad octauum dicendum, quod hoc quod dicit Magister, intelligendum est non per se, sed per occasionem, in quantum venialia frequenter occasionaliter in mortale inducunt, in quantum faciunt pronitatem ad illud.

EXPOSITIO TEXTVS.

Id est de talibus cogitationibus &c. Videtur hoc esse contra illud, quod prius determinatum est, quia percussio pectoris & Pater noster, valent ad dimissionem peccati venialis, & est satisfactio propria venialium. ergo videtur, quod mortosa delectatio, de qua hic loquitur, sit veniale peccatum. Et dicendum, quod quoniam huiusmodi sit sufficiens satisfactio pro veniali peccato, & non pro mortali: tamen etiam ad dimissionem peccati mortalis valent: vnde etiam pro mortalibus, Pater noster dicere debemus, & pectus tundere. Non enim ratio nostra deduci &c. Videtur hoc esse falsum, quia quaedam peccata spiritalia sunt, in quibus non est aliqua carnis delectatio. Sed dicendum, quod hoc intelligitur in genere peccatorum carnalium, quorum appetitus ad sensualitatem pertinet. Non est autem silentio praetereundum &c. Hic per scripturas, non canonem bibliae: sed dicta sanctorum signatur: ratio autem dicti est propter convenientiam sensualitatis & inferioris rationis, quia vtraque attendit ea, quae ad corpus pertinent, licet ratio inferior sub rationibus vniuersalibus, & sensualitas sub rationibus particularibus & materiis concretis.

DISTIN.

DISTINCTIO XXV.

DIVISIO TEXTVS.

OSTQVAM determinauit de libero arbitrio ostendendo quid sit, & consequenter de alijs potentijs animae, ut ostenderet in quibus liberu arbitriu poneretur: hic determinat quasdam libere arbitrij conditiones. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit, quoru sit liberu arbitriu vt obiectorum. In secunda, quorum sit vt subiectorum. ibi Et quidem fm predicta assignatione. Circa primum duo facit. Primo ostendit, quod liberu arbitriu se habet ad vtriuq; oppositorum, fm qd est eadem futuroru coeuentium. ibi Hoc aut sciendum est &c. Et quidem fm predictam assignatione, diuiditur haec pars in duas. In prima ostendit, quorum sit liberu arbitriu, quia Dei, angelorum, & hominum. In secunda, quo in hominibus diuersimodo inuenitur fm diuersos status. ibi Ex predictis perspicui sit &c. Circa primum duo facit. Primo inducit obiectionem, quod liberu arbitriu non sit i Deo nec in beatis. Seco determinat veritatem. ibi Sed qd de lib. arb. &c. Et circa hoc duo facit. Primo determinat, quantum pertinet ad Deu. Secundo quantum pertinet ad angelos. ibi Angelus vero & sancti &c. Circa primum duo facit. Primo ostendit, quod liberu arbitriu est i Deo. Secundo, quod non eodem modo est i Deo sicut in alijs. ibi Sed aliter accipitur &c. Ex predictis perspicuum sit &c. Haec pars diuidit in duas. In prima ostendit, quo fm diuersos status liberu arbitriu accreuit, vel minuitur in omnibus. Et quia hoc ratione diuersarum libertatum contingit: ideo in secunda parte distinguit libertatem arbitrij. ibi Est namque libertas arbitrij &c. Circa primum tria facit. Primo ostendit ex predictis quod libertas arbitrij, quandoque maior, quandoque minor inuenitur. Secundo distinguit status hominis, secundum quos libertas variatur. ibi Et postea notari in homine &c. Tertio inducit quoddam corollarium ex dictis. ibi Vnde manifestum est, quod propter alias &c. Naque libertas &c. Diuiditur haec pars in duas. In prima ostendit multiplicem arbitrij libertatem. In secunda ostendit, quae sit causa vniuersalijs. ibi Libertas au-

¶ Praet. Omne quod intenditur & remittitur est accidens, quia substantia non recipit magis & minus, ut in praedictis dicitur. sed gratia est huiusmodi, ut ex litera patet, quia meretur augeri, ut aucta mereatur & perfici. ergo est accidens.

RESPONDEO. Dicendum, quod ex quo gratia creati quid ponitur, nec esse est ipsam in genere accidentium ponit. Cuius ratio est, quia omne illud quod aduenit alicui post esse completum, accidentaliter se habet ad ipsum. vnde cum gratia post esse animae adueniat, non est aliquid de essentia eius, vnde oportet quod accidentaliter ad ipsam se habeat, sed tamen aliquid accidentaliter ad aliud se habet: quod tamen in se substantia est, sicut in dumentum ad corpus, sicut etiam ecclesiarum aliquid substantialem accretum se habet, quod tamen in se accidens est, sicut color ad albedinem, & sic non potest de gratia accidere. cum enim ponatur gratia esse coniungens animam fini ultimo, hoc non potest intelligi nisi vel per modum formae, vel per modum efficientis. Si per modum efficientis, sic oportet aliquam substantiam creatam esse mediam inter animam & Deum, quae eam Deo coniungeret, & sic anima non immediate a Deo gratificaretur & glorificaretur, quod est alienum a fide. oportet enim quod sicut anima immediate a Deo creatur effectiue, ita etiam immediate ab ipso recreetur. Si autem intelligatur formaliter, tunc oportet quod gratia sit forma animae & cum adueniat post esse completum, de necessitate erit accidens: non enim inuenitur aliqua forma in genere substantiae quae alteri accidentaliter adueniat.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod gratia eadem numero, non transit de subiecto in subiectum, sed talis modus loquendi intelligitur in scripturis propter similitudinem gratiae ad similes actus in specie.

¶ Ad secundum dicendum, quod quaedam accidentia sunt per se, quae semper actu consequuntur suum subiectum, quaedam autem non semper in actu, semper autem in habitate. vnde cum illud quod per se inest, semper inest, subiectum aliquando dicitur esse per se subiectum respectu ipsius accidentis, sicut ignis est per se subiectum caloris, & tale accidens ex principijs subiecti causatur, non solum quantum ad habitatem, sed etiam quantum ad essentiam accidentis. Aliquando respectu habitatis tantum, sicut aer qui non semper illuminatur in actu, semper tamen illuminabilis est, & haec illuminabilitas ex principijs subiecti causatur, quamuis lumen ab extrinseco sit. Similiter dico, quod lumen gratiae ab extrinseco est, sed receptibilitas gratiae semper subiectum consequitur, & ex principijs subiecti causatur, sicut etiam patet in hoc, quod est disciplinae per se probabile.

¶ Ad tertium dicendum, quod simpliciter in esse suo consideratum subiectum, accidente nobilior est, sed quo ad quid, nihil prohibet accidens subiecto melius esse quantum ad esse accidentis. semper enim illud quod se habet per modum actus, nobilior est eo quod se habet per modum potentiae in quantum huiusmodi. sicut autem forma substantialis est actus materiae in esse substantiali, ita accidens est actus subiecti in esse accidentali. vnde secundum hoc, albedo est nobilior corpore, & gratia anima.

¶ Ad quartum dicendum, quod agere aliquid dicitur dupliciter, scilicet formaliter, sicut albedo facit album parietem, & hoc modo accidens in subiectum agere potest, & sic gratia in animam agit, mundificando ipsam & gratificando. Alio modo effectiue, sicut pictor parietem album facit. & hoc modo nec gratia, nec aliquid accidens in subiectum suum agit.

¶ Ad quintum dicendum, quod imago Dei & similitudo dicitur de anima & de gratia, sed diuersimode, quia anima dicitur imago secundum hoc quod Deum imitatur, sed gratia dicitur imago,

C. 5.

† Auguf. in Eueh. c. 32.

D. 12.

D. 680.

Imago, sicut illud quo anima Deum imitatur, sicut corpus figuratum alio modo dicitur imago quam figura ipsa. vnde cum non eodem modo anima & gratia dicantur imago, non sequitur, quod si anima est incorruptibilis, quod gratia non corrumpatur, immo cum corrumpitur, simul etiam in nihilum redit.

ARTIC. III. **V**trum gratia sit in potentia vel anima, sicut in subiecto.

1.2. q. 110. ar. 4. Et ve. q. 27. ar. 6.
† Epist. 106. tom. 2.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur quod gratia sit in potentia anime sicut in subiecto. Illud enim quod naturalibus superadditur, inter naturalem causam & effectum medium non cadit: sed gratia naturalibus superadditur, cum igitur potentia sit effectus naturalis ipsius essentiae, videtur quod gratia non cadat medium inter essentiam & potentiam, & ita non sit in essentia sicut in subiecto, sed magis in potentia.

¶ 2 Præter. Illud quod est immediatum principium actus, est potentia, quia sicut potentia ab essentia, ita operatio a potentia procedit: sed gratia immediate ordinatur ad actum, quod ex definitione eius patet. dicitur enim gratia gratuitum Dei donum quod bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit, ergo videtur quod gratia sit in potentia sicut in subiecto.

¶ 3 Præter. Aug. dicit in littera, quod gratia preparat voluntatem. non autem nisi sicut accidens preparat subiectum, alibi etiam dicit quod gratia se habet ad lib. ar. sicut scissor ad equum. Cum igitur voluntas sine lib. arbitrio sit potentia, videtur quod gratia sit in potentia sicut in subiecto.

¶ 4 Præter. Gratia opponitur culpæ: sed omne vitium ad minus actuale, est in aliqua potentia sicut in subiecto. cum igitur opposita sint circa idem, videtur quod gratia etiam sit in potentia anime sicut in subiecto.

¶ 5 Præter. Habitus infusi & acquisiti non differunt, nisi secundum principium efficiens. constat enim quod ad eisdem actus in specie ordinantur: sed habitus acquisiti sunt per prius in potentia quam in essentia. non enim sunt in essentia nisi median te potentia. ergo & habitus infusi. non igitur gratia est in essentia anime. sicut in subiecto, sed magis in potentia.

SECONDUM CONTRA. Gratia dicitur esse vita anime: sed vivere viventibus est esse, vt in 2. de Anima Philosophus dicit. esse autem essentiam respicit. ergo & gratia per prius essentiam quam potentiam respicit.

¶ Præter. Nullum accidens extenditur in agendo ultra actionem sui subiecti, cum agens non proprie dicatur accidens, sed subiectum accidentis, sed gratia non determinatur ad aliquem actum, cum omnis actus humanus meritorius esse possit, nec hoc posset esse nisi a gratia, quæ merita bona in bonis causat, vt in littera dicitur. cum igitur omnis potentia se habeat ad determinatos actus, videtur quod gratia non sit in potentia anime sicut in subiecto.

RESPONDEO. Dicendum, quod ab omnibus communiter dicitur, quod gratia respicit essentiam anime. virtus autem potentiam, sed qualiter hoc intelligendum sit, a diuersis diuersimode traditur. Quidam enim hoc accipere volunt secundum appropriationem quandam, & non proprie dictum. cum enim virtus dicatur id quod operationis principium est, operatio autem potentiam sequatur, conuenienter virtus ad potentiam refertur. gratia autem effectus est, vt Deo acceptum faciat, hoc autem per prius respicit ipsam animam quam operatione eius. vnde Gen. 4 dicitur, quod respexit Deus ad Abel, & ad munera eius, quasi per prius 4 acceptans offerentem quam ea quæ offerebantur. Quidam vero hoc accipiunt proprie dictum dicentes, quod proprium & primum subiectum gratia est essentia anime, virtus autem potentia. & hoc rationabiliter est & dicitur Dion. consonat. Cum enim nullus operatio suprafacul

Hipognost. tom. 7.

D. 953.

tatem naturæ operantis extendatur, oportet quod si operatio alius cuius supra id quod naturaliter potest extenditur, quod etiam natura quodammodo supra seipsam eleuetur, cum igitur actus meritorij facultatem naturæ naturæ excedant, non possunt isti actus ab homine procedere, quia in eos solis naturalibus homo non potest, nisi quodammodo natura humana etiam alius esset sublimitas. Et ideo dicit Dion. in 2. c. cale. hier. quia sicut in rebus naturalibus est, quod illud quod non habet speciem per generationem adeptam, non potest habere operationes speciei debitas, ita ille qui non est adeptus diuinum esse per spirituales regenerationem, non potest participare diuinas operationes. oportet ergo quod primum donum, quod gratis homini infunditur, hunc habeat effectum, vt ipsam essentiam anime in quoddam diuinum esse eleuet, vt idonea sit ad diuinas operationes: & ideo quia vnum quodque simpliciter dicitur, quod per prius dicitur, sicut substantia ens, idcirco tale donum quod essentiam anime nobilitat, principaliter gratia vocatur, tam etiam quia non determinatur per aliquem specialem actum, vnde speciale nomen forciatur, & ideo proprie & per se gratia respicit essentiam anime sicut subiectum.

QUAESTIO. Si gratia voluntatem præueniens, s. fides cum dilectione.

SI diligenter intendas, nihilominus tibi monstratur quæ sit ipsa gratia voluntatem præueniens & preparans, scilicet fides cum dilectione. Ideoque Aug. in eodem tractans, quomodo iustificati sumus ex fide, & tamē gratis, vtrumque enim dicit Apostolus qui dicit iustificati ex fide. Alibi ait. Iustificati gratis per gratiam. Hoc enim ideo

fit ad diuinas operationes: & ideo quia vnum quodque simpliciter dicitur, quod per prius dicitur, sicut substantia ens, idcirco tale donum quod essentiam anime nobilitat, principaliter gratia vocatur, tam etiam quia non determinatur per aliquem specialem actum, vnde speciale nomen forciatur, & ideo proprie & per se gratia respicit essentiam anime sicut subiectum. Ad primum ergo dicendum, quod quamuis gratia sit in essentia anime sicut in subiecto, non tamen sequitur quod intercedat media inter potentiam & essentiam, nisi esset eiusdem ordinis. vt sicut gratia est ab essentia, ita potentia a gratia, per quem modum potentia cadit media inter essentiam & operationem, sed hoc non est ita, quia potentia non est per gratiam, sed per naturam. vnde obiectio non procedit.

¶ Ad secundum dicendum, quod sicut potentia non habet quod sit principium talis operationis, nisi secundum quod manat a principio talis essentia, ita etiam perfectio potentia habet quod informat actum ex virtute gratia perfectiens ipsam essentiam, & ideo gratia non tantum dicitur gratificans essentiam anime, sed etiam opus gratum reddens, non quidem sicut proximum informans, sed sicut primum, quod naturam in altius esse eleuat.

¶ Ad tertium dicendum, quod inter potentias anime, voluntas & lib. arb. maxime communis est, eo quod eius imperio actus aliarum potentiarum subiacent, vt dictum est, & quia gratia non respicit aliquem determinatum actum, cum sit in essentia quæ ad nullam operationem determinatur, ideo gratia immediatius voluntatem vel lib. arbitrium respicit, cum omnes actus gratia informati quodammodo sint voluntatis & lib. arbitri. non tamen sequitur quod sit in voluntate vel lib. arbitrio in subiecto, sed ex gratia voluntas & lib. arbitrium habeat, vt actum meritorium educere possit.

¶ Ad quartum dicendum, quod culpa actualis non est per infusio nem, vel immissionem, sed per aliquem determinatum actum nobis aduenit, & quia omnis operatio respicit determinatam potentiam, quæ est eius principium, inde est, quod culpa per prius est in potentia quam in essentia anime. gratia autem non acquiritur per actum, sed a superiori infundit, vñ illud quod superius a se est. s. essentia quæ est origo omnium potentiarum per prius respicit. Et per hoc etiam patet responsio ad quintum, quia habitus acquisiti per actus nostros aggenerantur, & ita ad potentiam immediate pertinet, vnde magis proportionatur virtuti quam gratia. Similiter & culpa immediatus virtuti quam gratia operatur, secundum quod in actu consistit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum gratia sit virtus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod gratia sit virtus. Cum enim sit in genere accidentis ad nullum genus

1.2. q. 110. ar. 3. Et ver. q. 27. ar. 3.

genus reduci potest nisi ad qualitatem, nec inter qualitatis species nisi ad primam, vt deducendo in singulis patet. erit igitur gratia, vel scientia, vel virtus. non enim inter habitus, vel dispositiones corporales computatur, sed constat quod non est scientia, ergo de necessitate est virtus.

Text. 17.

¶ 2 Præter. Philosophus in 7. Physic. dicit, quod virtus nihil aliud est quod dispositio perfecti ad optimum: sed præcipue gratia competit quæ animam quam perficit ad optimum dispositione, scilicet ad virtutum finem. ergo ipsa est virtus.

Cap. 5.

¶ 3 Præter. In 2. Ethic. Philosophus dicit, quod hoc est virtus virtuosius, quod bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit: sed gratia bonam facit animam & opus eius, cum vtrumque gratificet, nec aliquid Deo posse reddi acceptum nisi per hoc quod bonum sit, ergo videtur quod gratia sit virtus.

De Spiritu & hec. 32.

¶ 4 Præter. In littera dicitur ab Aug. quod gratia præueniens est fides per dilectionem operans: sed fides est virtus. ergo & gratia.

1.2. q. 106. & 17.

¶ 5 Præter. Charitas dicitur esse forma omnium virtutum, & mater. cum igitur in formatio virtutum sit per gratiam per quam opera meritoria redduntur, videtur quod gratia sit idem quod charitas: sed charitas est virtus: ergo & gratia.

SECONDUM CONTRA. Omnis virtus est sicut in subiecto in aliqua determinata potestate. gratia autem non, sed essentiam anime respicit. ergo videtur quod gratia non sit virtus.

D. 677.

¶ Præter. Illud in quo conueniunt diuersa in specie, & illud in quo eadem distinguuntur, non possunt esse idem per essentiam: sed omnes virtutes conueniunt in hoc quod est opera meritoria reddere, distinguuntur autem in hoc, quod determinatos actus educunt. ergo illud quod est principium merendi, est aliud per essentiam, ab eo quod est principium distinctionis actuum: sed principium merendi est gratia, vt in littera dicitur. principium autem distinctionis in actu, est determinata species virtutis, quia qualis est virtus tales habitus reddit. ergo gratia & virtus per essentiam differunt.

Manifestans colorem ad colorem ipsum, vnde sicut lumen efficitur quodammodo vnum cum colore existente cum eo in eodem subiecto, ita etiam dicitur quod gratia vnitur virtuti in eodem subiecto, vt informans ipsam. Ponunt enim quod proprie loquendo, subiectum gratia est potentia. Sed illud etiam non videtur conueniens, quia cum dicitur, quod ex lumine & colore efficitur vnus, aut accipitur lumen quod est de compositione coloris, cum hypostasis coloris sit lux, & sic rediretur in primam opinionem, scilicet quod gratia & virtus essent idem secundum rem. non enim lumen quod est de compositione coloris, re differt a colore. Aut accipitur lumen quod est in aere circumsistente: & hoc constat quod in alio subiecto est a colore, & per essentiam ab eo differt. Similiter etiam si accipitur lumen, per participatur in superficie corporis terminati, i qua est color, de necessitate per essentiam a colore differt, quod patet ex hoc, quod adueniente & recedente lumine, nihilominus color idem manet, quod non est nisi per essentiam differt a colore. Similiter etiam oportet quod vel virtutes efficiantur Deo gratia per aliquod a Deo infusum, & sic oportet id per essentiam differe a virtute, cum etiam quædam virtutes infuse, vt fides & spes recedat: gratia remaneant informes. vel oportet quod virtutes Deo sine gratia sine hoc, quod aliquid addatur a Deo infusum. & sic vel gratia nihil creatum in anima ponit, vel nihil aliud realiter a virtute distinctum. Et ideo alij dicunt, quod gratia essentialiter a virtute differt. oportet enim perfectiones perfectibilibus proportionatas esse. vnde sicut ab essentia anime fluunt potentia & ab ipsa essentialiter differetes, sicut accidens a subiecto, & tamen omnes vniuntur in essentia anime, vt in radice, ita etiam a gratia est perfectio essentia, vt dictum est, & ab ea fluunt virtutes quæ sunt perfectiones potentiarum, ab ipsa gratia essentia liter differentes, in gratia tamen coniuncte sicut in sua origine per modum quo diuersi radij ab eodem corpore lucente procedunt. Et hoc secundum prædicta conuenientius videtur.

Fed per solam Dei gratiam, que in fide Christi posita est liberatur, vt voluntas ipsa preparatur. Ecce aperte dicit gratiam per quam liberatur arbitrium & preparatur voluntas, positam esse in fide Christi. Fides enim Christi, vt in eodem ait, impetrat quod lex imperat.

Quod voluntas bona que præuenit gratia, quædam Dei dona præuenit.

Psa tamen eadem voluntas quædam gratia dona præuenit. Vnde Aug. in Enchi. Præcedit bona voluntas hominis multa Dei dona, sed non omnia. Quæ autem non præcedit, ipsa in eis est, & ipsa iuuat. Nā vtrumque legis in sanctis eloquijs: Et misericordia præueniet me, misericordia eius subsequetur me. Nolentē quippe præuenit, vt velit, volentem subsequitur, ne frustra velit. Subuenit ad monemur orare, vt inimicis nostris nolentibus preuiuere, nisi vt Deus in eis operetur, & velle? Itemque: cur ad monemur petere, vt accipiamus, nisi vt ab illo fiat quod volumus, a quo factum est, vt velimus? Inde Apostolus ait. Non est quod volentis, neque cur. sed mihi Dei. Ex his apparet quod bona hominis voluntas quædam Dei do

na remaneant informes. vel oportet quod virtutes Deo sine gratia sine hoc, quod aliquid addatur a Deo infusum. & sic vel gratia nihil creatum in anima ponit, vel nihil aliud realiter a virtute distinctum. Et ideo alij dicunt, quod gratia essentialiter a virtute differt. oportet enim perfectiones perfectibilibus proportionatas esse. vnde sicut ab essentia anime fluunt potentia & ab ipsa essentialiter differetes, sicut accidens a subiecto, & tamen omnes vniuntur in essentia anime, vt in radice, ita etiam a gratia est perfectio essentia, vt dictum est, & ab ea fluunt virtutes quæ sunt perfectiones potentiarum, ab ipsa gratia essentia liter differentes, in gratia tamen coniuncte sicut in sua origine per modum quo diuersi radij ab eodem corpore lucente procedunt. Et hoc secundum prædicta conuenientius videtur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod gratia ad genus qualitatis reducitur, & ad primam speciem qualitatis, nec proprie tamen naturam habitus habet, cum non immediate ad actum ordinet, sed est velut habitudo quædam, sicut sanitas se habet ad corpus. Et ideo dicit Chryso. quod gratia est sanitas mentis. vñ non computatur, nec inter scientias, nec inter virtutes, nec inter alias qualitates, quas Philosophi numerauerunt, quorum non fuit tractare, nisi habitus naturales & acquisitos.

¶ Ad secundum dicendum, quod virtus dicitur dispositio perfecti ad optimum, in quantum elicit operationem, per quam res suum finem consequitur, vnde per hunc modum gratia non est dispositio perfecti ad optimum, cum non primo operatione respiciat, sicut effectum proximum, sed potius esse quoddam diuinum quod anime confert.

¶ Ad tertium dicendum, quod bonitas quam virtus habenti confert, est bonitas perfectionis in comparatione ad opus, sed gratia confert anime perfectionem in quodam diuino esse, & non solum

† C. 32.

† Psal. 58.

† Psal. 22.

† Matt. 5.

† Luc. 11.

† Rom. 9.

D. 197.

To. 5. hom. 40.

Solum respectu operis, secundum quod quodammodo gratiam habentes deiformes constituuntur, propter quod sicut filij, Deo grati dicuntur.

Ad quartum dicendum, quod gratia praeueniens dicitur fides, non quod per essentiam gratia a fide non differat, sed quia in iustificatione qua gratia causat, primus motus fidei inuenitur, & ideo cum habitudine & habitus per effectus nobis innotescant, illud in quo primo gratia manifestatur est fides, & propter hoc fidem, gratiam praeuenientem dicitur.

D. 307.

† Rom. 10. Tract. 26.

na praeuenit, quia eam comitatur gratia adiuuans, & quibusdam praeuenitur, quia eam praeuenit gratia operans, scilicet fides cum charitate.

Quae praedictis videntur contraria, scilicet quod videtur dici fidem esse ex voluntate.

Non est tamen ignorandum quod alibi Augustinus significare videtur, quod ex voluntate sit fides, de illo verbo Apostoli, scilicet, Corde creditur ad iustitiam. Ita super Ioan. tractans. Ideo non simpliciter Apostolus ait creditur, sed corde creditur, quia cetera potest homo nolens, credere autem non nisi volens. Intrare ecclesiam, & accedere ad altare potest nolens, sed non credere. Item super Genesim ubi Laba & Batuel dixerunt, Vocemus puellam, & quaeramus eius voluntatem. dicit expostor. Quia fides est voluntatis, non necessitatis. Ad quod respondent dicimus, non haec ita accipienda fore, ut ex voluntate hominis fides intelligatur prouenire, cum ipsa sit proprie Dei donum, ut ait Apostolus, & ex ea bona hominis merita incipiunt, per hanc enim ut ait Augustinus super psalmum 66. Iustificatur impius, id est, de impio pius fit, ut deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari, unde omnia bona merita incipiunt.

ARTICVLVS V.

Utrum gratia diuidatur conuenienter in gratiam operantem & cooperantem.

I. 2. q. 111. ar. 2.

Text. 43.

Cap. 32.

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod inconuenienter gratia per operantem, & cooperantem diuidatur, quia ut dictum est, gratia non per se respicit opus, sed vnum quodque diuidendum est secundum hoc quod sibi per se conuenit, ut in 7. Metaph. dicitur. ergo videtur cum operans & cooperans respectu operis dicantur, quod inconuenienter gratia per haec duo distinguatur.

1. 2. q. 111. ar. 2. Text. 43. Cap. 32.

Præterea si gratia est operans, oportet quod aliquid in anima operetur. aut ergo seipsam, aut aliquid aliud, sed seipsa non facit, cum nihil sui ipsius causa sit, nec est lignare aliquid aliud quod in anima operetur. ergo videtur quod inconuenienter aliqua gratia operans dicatur.

3. Præterea. Nullum opus est tantum gratiae quod etiam lib. arbit. non sit. si ergo gratia cooperans dicitur per hoc quod simul cum libero arbit. operatur, videtur quod gratia quilibet cooperans dici debeat.

4. Præterea. Illud quod cooperatur alicui, non se habet sicut principale in operatione, sed in omni operatione in qua lib. arbit. & gratia conueniunt, gratia principalem obtinet. ergo inconuenienter gratia cooperans nominatur.

5. Præterea. Aug. dicit in lib. de natura & gratia. quod gratia praeuenit, ut pie viuamus, & subsequitur, ut semper cum illo viuamus, & tunc praeuenit, ut vocemur, & tunc subsequitur, ut glorificemur, & illa gratia praeueniens, statum praesentis vitae respicit, & gratia subsequens statum gloriae. cum igitur operans & cooperans ad praesentem vitam pertineant, videtur quod gratia operans & cooperans non sint idem quod praeueniens & subsequens, ut Magister innuit.

Respondens. Dicendum, quod gratia habet in nobis diuersos effectus ordinatos. Primum enim quod facit est hoc, quod dat esse quoddam diuinum. Secundus autem effectus est opus meritorium, quod sine gratia esse non potest. Tertius effectus est praemium meriti, scilicet ipsa vita beata, ad quam per gratiam peruenitur. In actibus etiam est quidam ordo, quia primum est opus interius voluntatis. Secundum est opus exterius

quo voluntas completur, & secundum hoc quodammodo Augustinus dicitur videtur accipere gratiam praeuenientem & subsequentem, quia considerato ordine meriti ad praemium quod sequitur, nominat gratiam praeuenientem, quae principium est merendi. gratiam vero subsequentem, ipsam habitum gloriae, qui in nobis beatam vitam efficit, ut patet in autoritate iuducta, secundum vero ordinem actus in terioris ad exteriorem, ponit gratiam praeuenientem, quae causat motum bonae voluntatis. gratiam vero subsequentem, quae opus exterius complet. unde dicit, quod praeuenit voluntatem, ut velit bonum, & sic in litera quasi per totum videtur accipere praeuenientem & subsequentem, secundum vero ordinem esse quod dat ad actum qui est operatio, sic ponit gratiam praeuenientem quae animae quoddam esse salubre confert, & gratiam subsequentem, quae opus meritorium causat. unde dicit, quod praeuenit ut sanemur, & subsequitur, ut sanati negociemur. Sed distinctio gratiae operantis & cooperantis proprie accipitur tantum, prout pertinet ad statum praesentis. unde dupliciter distingui potest. Vno modo, ut per gratiam operantem significetur ipsa gratia prout esse diuinum in anima operatur, secundum quod gratum facit habentem, & per gratiam cooperantem significetur ipsa gratia secundum quod opus meritorium causat, prout opus hominis reddit. Alio modo secundum quod gratia operans dicitur prout causat voluntatis actum, & cooperans secundum quod causat exterioris actum in quo voluntas completur, per perseverantiam in illo, & utroque modo cooperans & operans, dicitur idem quod praeueniens & subsequens.

Ad primum ergo dicendum, quod quamuis non immediate gratia ad opus referatur, tamen est per se causa operis meritorij, licet mediante virtute, & ideo non est inconueniens si per operantem & cooperantem distinguatur.

Ad secundum dicendum, quod gratia operans secundum vnam acceptionem dicitur operari in anima, non effectiue, sed formaliter secundum quod quilibet forma facit esse aliquid in subiecto, sicut albedo facit esse album. unde per hunc modum gratia dicitur operans, quia formaliter operatur Deo gratum facit. secundum vero aliam acceptionem dicitur operans effectiue, secundum quod habitus effectiue causat opus, ita enim gratia motum meritorium voluntatis operatur elicendo ipsum, licet mediante virtute, propter quod operans dicitur.

Ad tertium dicendum, quod si accipiatur gratia operans secundum primam acceptionem, tunc planum est quod effectus quos operatur formaliter, ipsa sola operatur, sicut enim sola albedo formaliter facit album parietem, ita sola gratia formaliter gratum facit, sed secundum aliam acceptionem, verum est quod ipse motus voluntatis non est a gratia sine lib. arbit. & tamen quia se habet gratia, ut principale, quia inclinatur in talem actum per modum cuiusdam naturae, ideo ipsa sola talem actum dicitur operari, non quod sine libero arbitrio operetur, sed quia est principalior causa, sicut grauitas dicitur operari motum deorsum.

Ad quartum dicendum, quod si dicatur gratia cooperans secundum quod causat quemcumque motum, vel extrinsecum vel intrinsecum, sic dicitur cooperans, non quia non sit principalis causa in agendo, sed quia liberum arbitrium ministrat substantiam actus, & a gratia est forma per quam meritorium est. unde illud quod gratia ministrat est, sicut vltimum complementum: & propter hoc dicitur cooperans quasi complens illud quod per lib. arbit. ut praeciens exhibetur. Si autem accipitur cooperans prout respicit actum exteriorum tantum, sic dicitur cooperans, non propter principalitatem liberi arbitrij ad gratiam, sed propter principalitatem actus ad actum. actus enim interiores in moralibus potiores sunt exterioribus, ut in 10. Ethic. Philosophus dicit. unde conuenienter gratia est quod causat principale actum, &

† Gen. 24.

† Rom. 10. Tract. 26.

Cap. 8.

operans, & est quod causat secundarium, dicitur cooperans. Ad quintum dicendum, quod quamuis quantum ad illum modum acceptionis gratiae praeuenientis & subsequentis, operans & cooperans praeuenientis & subsequentis non respondeat, tamen secundum alias acceptiones penitus idem sunt, & hoc modo Magister in litera sumit.

ARTIC. VI.

Utrum gratia sit multiplex in anima.

† Rom. 10. Tract. 26.

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod gratia in anima multiplicet. Diuisiones enim gratiarum sunt, ut in 1. Cor. 12. dicitur. Sed diuisio est causa numeri & multitudinis. unde secundum Iudo. numerus dicitur quasi nutus memoriae, id est diuisionis. ergo videtur quod in vna anima inueniantur multae grae.

2. Præterea. Non potest idem esse prius & posterius, praecedens & subsequens. ergo cum in vno homine inueniatur gratia praeueniens & subsequens, videtur quod oporteat plures gratias in vno & eodem homine esse.

3. Præterea. Omnis forma multiplicata secundum differentiam eorum quae informant, cum diuersorum diuersae sint formae: sed gratia est forma virtutum. ergo videtur quod cum virtutes sint diuersae, oportet gratias esse multiplicatas.

4. Præterea. Ea quae differunt secundum genus, non reducuntur in idem principium: sed virtutes a donis etiam sunt generatim differunt, similiter a gratijs sacramenta libus. ergo videtur quod a diuersis gratijs oriuntur.

5. Præterea. Gratia datur in diuersis sacramentis, & vna habitus non habetur alia. quaecumque autem hoc modo se habent, quod vnum est sine altero, oportet esse numerata & distincta. ergo videtur quod gratia non manet tantum vna, sed per essentiam multiplicatur.

Sed contra. Perfectio proportionatur perfectibili, sed gratia pertinet immediate essentiam animae, ut dictum est. Cum igitur essentia animae sit vna multiplicata in potentijs, videtur quod etiam gratia sit vna multiplicata in virtutibus.

Præterea. Illud quod conuenit diuersis secundum eandem rationem, oportet quod ab vno principio procedat, sed eadem ratio merendi est in omnibus actibus meritorijs. cum igitur gratia sit principium merendi, videtur quod gratia sit vna tantum, non multiplicata.

Respondens. Dicendum, quod secundum illos, qui dicunt quod gratia & virtus realiter non differunt, sed solum ratione, necesse est ponere quod gratia multiplicetur per essentiam secundum

numerum virtutum. quamuis enim possint dicere quod multiplicatio non contingit in virtutibus secundum quod habent rationem virtutum, nihilominus tamen oportet dicere, quod sint plures gratiae per esse diuersae. Sed secundum opinionem, quae ponit gratiam a virtute differentem, est multiplex modus dicendi.

Quidam enim qui ponunt gratiam non esse sicut in subiecto in essentia animae. necesse habent ponere quod sint plures gratiae secundum virtutum distinctionem, non enim potest esse, ut idem accidens numero in diuersis subiectis sit. Si autem gratia ex eo quod est forma virtutum ponitur in eodem subiecto, in quo est virtus, necesse est quod sit in qualibet potentia in qua est virtus, vel per prius vel per posterius, secundum quod quaedam virtutes per prius a gratia informantur, quae aliae non enim potest dici quod sit idem lumen numero quod colores diuersorum corporum informant, nisi secundum quod accipit in vno subiecto continuo, quod est aer. Si enim consideretur, ut receptum in superficiebus diuersorum corporum, oportet de necessitate quod secundum numerum multiplicetur, cum accidens multiplicet, multiplicatio subiecto. Quiddam vero dicunt, quod gratia est sicut in subiecto in essentia animae, quae omnes potentiae sicut in centro colligantur, unde sicut linea & radius in centro vniuntur, & secundum quod magis a centro elongantur plus abinuantur diuidantur, ita etiam gratia secundum quod in essentia animae consistit, est vna. multiplicatur autem secundum quod in diuersas potestates diffunditur, in quibus rationem virtutis accipit. Sed ista opinio videtur supponere quod gratia & virtus non differant secundum speciem, vel rationem, sed solum secundum diuersitatem subiecti. Si enim alterius rationis est virtus a gratia, tunc ex multiplicatione virtutum in potentijs non sequeretur multiplicatio gratiae, quia diffusiones gratiae in potentijs non est & rationem gratiae amitterent, sicut si lumen a centro diffundatur per diuersos radios, quandiu manet in ratione luminis, dicitur lumen multiplicari & diuidi, sed si secundum diuersas lineas diffusionis luminis lineae rationes diuersorum colorum acciperent, tunc diceretur quod lumen esset in vno scilicet, quod est in centro, & quod colores in diuersis lineis causati essent multi, nisi forte dicant, quod diffusio gratiae in potentias est praeter essentiam virtutum, sicut diffusio lucis super colores, qui efficiuntur per eam visibiles actus secundum quorundam opinionem est praeter essentiam colorum, ut dicitur esse, ut sicut lux super colores diffusa praebet coloribus quod sint visibiles actus, ita diffusiones gratiae quasi quiddam radij

† Epist. 144.

† Psal. 119.

radij eius praebeant virtutibus efficaciam merendi. sic enim ratio gratiae receptus in potentia retinetur ratione lucis, & differt a gratia quae est in essentia animae, sicut lumen a luce, & ita gratia prout esset in essentia animae, esset una, sed gratiae distae in potentias essent multae. Sed hoc non potest stare, quia ad actum meritorium non requiritur nisi duo, vni est ut agens actum, dignus vita aeterna habeatur, & ad hoc sufficit gratia quae est in essentia animae animam gratificans. Aliud est ut actus ipse sit in debito finem relationis, & debitis circumstantijs vestitus, & ad hoc sufficit virtus, vnde ad elicendum actum meritorium non requiritur aliquid praeter gratiam quae est in essentia, & virtutem quae est in potentia animae quasi aliqua diffusio gratiae ab essentia animae perveniat in potentiam praeter virtutem. Et ideo alij melius dicunt, quod si licet gratia est una tantum non multiplicata, virtutes autem sunt multae, quae quidem virtutes in aliud genus cadunt, quae sunt a gratia procedant, sicut etiam potentiae animae ab una essentia procedunt, nec tamen est eadem ratio potentiae & essentiae, & ideo potentiae multiplicatur, sed essentia manet tantum una, quae omnes conveniunt in hoc, quod conveniunt eis secundum quod sunt in tali essentia, distinguuntur autem secundum diversas rationes potentiarum, ita etiam & virtutes veniunt in ratione merendi, & quae conveniunt eis secundum hoc quod a gratia oriuntur, differunt autem secundum proprias rationes, in quantum virtutes sunt.

D. 876.

Ad primum ergo dicendum, quod apostolus large accipit gratiam pro quolibet dono quod nobis gratis a Deo confertur, & haec quidem dona, plura & diversa sunt. Sed nos hic loquimur de gratia prout est primum donum, gratiam faciens animam. Ad secundum dicendum, quod quocumque modo distinguatur maxime quantum ad duas distinctiones, operans & cooperans, praeviens & subsequens, non differunt per essentiam, sed ratione tantum, una enim forma est quae dat esse, & quae est principium operis, vnde etiam habitus est qui elicit actum extrinsecum & intrinsecum, vnde eadem gratia est operans & cooperans, nec dicitur praeviens & subsequens propter ordinem gratiae ad gratiam, sed propter ordinem effectus ad effectum. Ad tertium dicendum, quod ratio illa procedit de forma quae est intrinseca rei, & quasi constitutiva eius, sic autem gratia non dicitur esse forma virtutum, sed quasi principium a quo virtutes formaliter oriuntur.

Ad quartum dicendum, quod diversitas virtutum & donorum accipitur tantum secundum diversitatem actuum, conveniunt autem actus in ratione merendi, vnde oportet quod primum principium a quo rationem merendi habent, sit unum, & quod diversitas eorum in genere & in specie, sit ex diversitate actuum & obiectorum. Ad quintum dicendum, quod gratia in diversis sacramentis datur ad diversos effectus, secundum quod plures infirmitates ex peccato consequuntur, contra quas precipue gratia sacramentalis ordinatur, & ideo sicut differunt virtutes a virtute, per hoc quod ordinatur ad diversum actum, ita etiam differunt gratia sacramentalis ab alia, per hoc quod ad diversos effectus ordinatur, vnde sicut ex multiplicatione virtutum non sequitur multiplicatio gratiae, ita etiam ex multiplicatione sacramentorum non sequitur multiplicatio illius gratiae de qua nunc loquimur, quia ille etiam perfectiones quae in diversis sacramentis conferuntur, quaedam nationes sunt illius gratiae de qua nunc loquimur, sicut & virtutes. Sed quia non habent propria nomina, ideo communiter nomine gratiae nuncupantur.

Utrum una eademque sit gratia qua dicitur gratia operans & cooperans.

Ic considerandum est cum praedictum sit per gratiam operantem & praevientem, voluntatem hominis liberari ac preparari, ut bonum velit, & per gratiam cooperantem & subsequentem ad iuvandum ne frustra velit, utrum una & eadem sit gratia, id est, unum munus gratis datum quod operetur & cooperetur, an diversa alterum operans, & alterum cooperans. Quibusdam non irrationabiliter videtur quod una & eadem sit gratia, idem donum, eadem virtus, quae operatur & cooperatur, sed propter diversos eius effectus dicitur operans & cooperans. Operans enim dicitur in quantum liberat & preparat voluntatem hominis, ut bonum velit, cooperans in quantum eandem adiuvat ne frustra velit, scilicet, ut opus faciat bonum, ipsa enim gratia non est ociosa, sed meretur augeri, et aucta mereatur & perfici.

munus est fere in omnibus potentibus animae, ut eodem nomine potentia & actus nominetur, & sic fere per totum hic voluntas accipitur. Sed ipsa meretur augeri & de augmento gratiae eodem modo potest disputari, sicut de augmento charitatis de quo supra dictum est primo libro, dist. 17. Cetera potest homo nolens & c. intelligendum est de actibus exterioribus, non autem de interioribus, quia diligere nullus potest nisi volens. Sequitur tardus, aut nullus affectus & c. Iste affectus est per modum operationis praecedentis habitum virtutis, quae ex sola deliberatione rationis procedit, sed affectus perfectus qui delectationem habet, est in operatione quae sequitur habitum, quia signum oportet habitus accipere sicut in opere delectationem, ut in 2. Ethicorum. Philosophus dicit.

EXPOSITIO TEXTVS.

ABC EST gratia operans & cooperans & c. De qua, scilicet supra mentionem fecit cum dixit ipsa gratia puenit & c. Voluntas est cum motus & c. Sciendum quod hic non diffinit voluntatem quae est potentia, sed voluntatem quae est actus, hoc enim commune est fere in omnibus potentibus animae, ut eodem nomine potentia & actus nominetur, & sic fere per totum hic voluntas accipitur. Sed ipsa meretur augeri & de augmento gratiae eodem modo potest disputari, sicut de augmento charitatis de quo supra dictum est primo libro, dist. 17. Cetera potest homo nolens & c. intelligendum est de actibus exterioribus, non autem de interioribus, quia diligere nullus potest nisi volens. Sequitur tardus, aut nullus affectus & c. Iste affectus est per modum operationis praecedentis habitum virtutis, quae ex sola deliberatione rationis procedit, sed affectus perfectus qui delectationem habet, est in operatione quae sequitur habitum, quia signum oportet habitus accipere sicut in opere delectationem, ut in 2. Ethicorum. Philosophus dicit.

DIST.

ostquam distinguit gratiam in operantem & cooperantem. Hic quaerit ad quod genus reducat, vtrum sit actus vel qualitas mentis, ponens eadem quaestione de gratia & virtute, vel quia eadem ratio est de utroque, vel forte, quia homo opinio nis fuit, quod gratia a virtute non differt. Dicitur autem in partibus duas. In prima movet dubitationem. In secunda determinat eam. ibi. Hic videndum est, quid sit virtus & c. Vbi et secundum quosdam 27. distinctio incipit. Circa primum duo facit. Primo, movet quaestionem. Secundo, ostendit quaestio nis dubitationem. ibi. Vt autem hoc apte insinuari valeat & c. Vbi quaedam contrarietatem ex dictis Aug. colligit. Primo enim ponit verba eius in quibus dicitur, opus virtutis esse bonum vsu lib. arb. Secundo ibi. Inquirat in quibus bonis & c. Ponuntur quaedam verba eiusdem, in quibus dicitur, bonum vsu lib. arb. esse virtutem, quae duo aduersantur, quia opus virtutis non est virtus, vnde si vsu lib. arb. est virtus, non est opus virtutis. Hic videndum est, quid sit virtus, & c. Hic determinat dubitationem. Et primo determinat secundum unam opinionem, quod virtus sit gratia non sit actus. Secundo, determinat secundum aliorum opinionem, quod virtus sit actus. ibi. Alij vero dicunt virtutes esse & c. Prima pars diuiditur in duas. In prima ostendit, quod virtus sit gratia non est actus, quo supposito, ostendit secundum quod modo per gratiam quis mereri dicitur, quod dubium ex praedicta determinatione relinquatur, cum omne meritum in actu consistat. ibi. Cum ergo ex gratia dicitur esse & c. Circa primum intendit talem rationem. Virtutis causa Deus in nobis est, & non nosse cuiuslibet actus nostri causa nos sumus: ergo nullus actus est virtus, si ergo gratia est virtus vel aliquid simile virtuti, gratia non est actus. Circa hoc aliter hoc modo procedit. Primo, probat hanc quod virtutem solus Deus in nobis operetur. Secundo, assumit hanc quod actus quilibet in nobis causatur ex lib. arb. ibi. Si igitur gratia quae sanat & c. Tertio, concludit propositum. ibi. Propterea quidam non in erudite tradunt & c. Primum ostendit tripliciter. Primo, de virtute in communi per eius definitionem. Secundo, de virtute iustitiae per auctoritatem Aug. ibi. Sicut de virtute iustitiae & c. Tertio, de virtute fidei quam etiam gratia nominari dicit. ibi. Nam de gratia fidei Ephesius scribens & c. Cum ergo ex gratia dicitur & c. Ostendo quod gratia non sit actus. Hic ostendit quomodo per eam quis mereri dicitur. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit propositum. In secunda ex dictis colligit dubitationis solutionem. ibi. Ex praemissis iam innoscere nobis & c. Circa primum tria facit. Primo, ostendit quod principaliter causa meriti est gratia. Secundo, ostendit quomodo per eam quis mereri dicitur, in quantum videlicet, per eius actum quis meretur. ibi. Cum ergo dicitur fides mereri & c. Tertio, concludit propositum. ibi. Ex meritis itaque virtutum & c. Alij vero dicunt & c. Hic determinat quaestionem secundum aliam opinionem in contrariam partem. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit eorum opinionem. Secundo, ponit probationes ipsorum. ibi. Quidam virtutes sine nutu & c. Tertio, ponit responsiones ad illas probationes secundum primam opinionem. ibi. Quibus alijs respondentibus & c.

QVAESTIO PRIMA.

Hic quaeruntur sex.

Primo. In quo genere sit virtus, vtrum scilicet in genere actus vel habitus.

Secundo. De definitione virtutis quam Aug. in litera ponit. Tertio. Vtrum contingat secundum actum virtutis & gratiae ex condigno vitam aeternam mereri. Quarto. Vtrum possit aliquis sibi mereri gratiam. Quinto. Vtrum possit aliquis sibi mereri gratiam augmentum. Sexto. Vtrum vnus possit alij primam gratiam mereri.

Species autem quorūlibet corporum sine quibus recte viui potest, minima bona sunt. Potentiae vero animi sine quibus recte viui non potest, media bona sunt. Item virtutibus nemo male vititur. Ceteris autem bonis, id est medijs & minimis non solum bene, sed etiam male quisque uti potest, & ideo virtute nemo male vititur, quia opus virtutis est bonus vsus istorum, quibus etiam non nisi bene uti possumus. nemo autem bene vitendo male vititur. non solum auctem magna, sed et media & minima bona esse praesentit bonitas Dei. Ecce habes tria genera bonorum distincta.

ARTIC. PRIMVS.

Utrum virtus sit habitus.



De prima quae est de virtute, quae est habitus, vnde philosophus dicit in 2. Ethicorum, quod virtus est habitus, sed in 1. Ethicorum dicitur, quod virtus est potentia, ergo non est in genere habitus, sed in genere potentiae.

1. 2. q. 5. ar. 1. Et virtut. q. 1. ar. 1. Et 3. d. 2. 3. q. 2. 3.

Text. 113.

Text. 1.

C. 3.

C. 6.

C. 8.

C. 3.

In Prohe. vet. Rech.

naturales non sunt magis perfectae quam potentiae rationales: sed potentiae naturales possunt in suos actus sine habitibus medij, ut patet in duro & molli, ergo multo fortius hoc possunt rationales potentiae, ergo virtus vel est potentia vel est actus. Si dicatur quod in potentibus rationalibus requiruntur habitus ut potentiae determinentur ad vnum.

Contra. Potentia determinata ad vnum, semper est in suo actu, nec in alteram partem inclinari potest: sed potentia rationalis perfecta per virtutem moralem, non est semper in suo actu, cum non contingat semper agere, secundum Philosophum in 1. de somno & vigi. & quodammodo etiam esset in aliquo actu, potest nihilominus in contrarium actum inclinari, ergo potentia rationalis non determinatur ad vnum per habitum.

Praet. Praemium respondet merito: sed meritum est ipse bonus lib. arb. cum igitur virtuti & gratiae debeat praemium, videtur quod virtus vel gratia sit actus.

Praet. Medium est eiusdem generis cum extremis, sed virtus est media inter passiones, ut in 2. Ethic. patet, ergo videtur quod virtus non sit in genere habitus: sed in genere passionis vel actus. nam & actiones animae passiones dicuntur, ut in 6. prin. dicitur.

In contrarium est quod Philosophus in 2. Ethicorum dicit, quod virtus est habitus electius immediate coe sistens & c.

Praet. Ex virtutibus sumus boni, sed bonitatem gratulamur non habemus ex actibus, ergo virtus & gratia non est actus.

Respond. Dicendum, quod effectus proportionetur suae cause, oportet actum potentiae rationalis ipsi potentiae proportionatum esse. In actu autem virtutis non solum consideratur substantia ipsius actus, sed etiam modus agendi: non enim qui caste operatur quocumque modo saluus est: sed qui facilliter & delectabiliter, ut ex 1. Ethic. habetur, delectatio autem ex convenientia causatur, sicut & in sensibilibus patet, quod con iunctio convenientis cum convenienti, facit delectationem. Oportet ergo quod actus virtutis procedat a potentia adaptata & assimilata ad hunc actum. Hoc autem potentia rationalis non habet ex seipsa, cum sit ad vtrumlibet. Oportet ergo aliquid potentiae superaddi, ut perfectionem eius, per quod talem actum educat vnde eundem causatur, & hoc dicimus esse habitum virtutis, & ideo dicit Philosophus in 2. Ethic. quod signum gratia habitus oportet accipere sicutem in opere delectatione, hinc et est, quod potentia perfecta per habitum virtutis, tendit in actum commilem per modum cuiusdam naturae. pp quod dicit Tullius quod virtus est habitus modo naturae, rationi consentaneus, sicut, n. grauitas deorsum tendit, ita castitas casta operatur, hinc etiam est quod in natura completa, cuius potentia ad malum flexa non potest, non requiritur habitus quo mediante agat, quia ipsa potentia ex seipsa proportionata est ad verum perfectum, ut in Deo patet, & sic patet quod prima opinio veritate continet, secunda vero & a dictis sanctorum discordat, & philosophiae non conuenit: sed ex Secundus Sent. S. Tho. M quibusdam

quibusdam authoritatibus prae intellectus ortum habuit. Ad primum ergo dicendum, quod ultimum quod est ali-

D. 117.

quod per se, sicut ultima pars lineae, vel per reductionem sicut punctus ad lineam, sic autem virtus non est ultimum potentiae: sed dicitur ultimum dicitur per respectum ad actum, quia altissimum in quod potentia elevari potest, est actus quod virtus elicit.

In quibus bonis sit liberum arbitrium.



Virtus autem in quibus bonis contineatur lib. arb. de hoc Aug. in primo lib. retractationum ait ita. In medijs quibus bonis inuenitur liberum voluntatis arbitrium, quia & male illo uti possumus, sed tamen tale est ut sine illo recte viuere nequeamus. Bonus autem vsus eius iam virtus est, quae in magnis reperitur bonis, quibus male uti nullus potest, & quia bonis operibus insidiatur, ut peccant, ergo falsum est quod dicitur, quia nullus male vitur.

Ad secundum dicendum, quod potentiae naturales sunt determinatae ad suos actus ex seipsis, unde non indigent habitu determinante, sicut potentiae rationales, quae ad virtutem libent sunt.

Ad tertium dicendum, quod quidam dicunt, quod virtutes habent quosdam actus continui sunt, nec in eis est interpolatio, quamuis a nobis non sentiatur, non enim virtutes posse ociosas esse aestimant, sed actus est duplex, scilicet primus, ut esse est actus formae, & talis actus virtutis continuus est, manente enim castitate continue manet esse castum. Et actus secundus qui est operatio, & hunc non contingit continuum esse. Hic actus non tantum est virtutis, sed potentiae quam perficit, sicut nulla forma quae non est per se subsistens, habet operationem, praeter communicationem subiecti, nec contingit actum aliquem esse vel operationem ex lib. arb. & praecipue cum electione, sine qua virtutis actus esse non potest, quia a nobis percipiatur. Et ideo aliter dicendum est, quod natura potentiae per habitum non tollitur, potentiae autem rationalis natura est, ut cogi ad unum non possit, unde etiam si virtute perficiatur, in ipsa erit agere vel non agere, vel hoc aut contrarium agere, & non oportet quod continue sequatur inclinationem virtutis: habet enim actus virtutis aliquid in potentia, ut scilicet ex necessitate non sit, & aliquid ab habitu, ut scilicet facilius fiat.

Ad quartum dicendum, quod alio modo videtur praemium gratiae & merito, gratiae enim respondet & virtuti sicut ei, unde in actu est efficacia merendi: unde secundum quod ex maiori gratia procedit actus virtutis, efficacior est in merendo, ipsi autem actui qui meritum dicitur respondet, sicut ei quo per se meretur, quia ut in primo Ethicorum dicitur, quod quemadmodum in olympiadicis non optimi & fortissimi coronantur, sed agonizantes, horum autem quidam, qui vincunt, ita & eorum qui in vita bonorum & optimorum operantes illustres sunt, quod etiam sententiae Apostoli congruit.

Ad quintum dicendum, quod medium dicitur de virtute dupliciter, scilicet essentialiter & effectiue. Essentialiter quidem non est medium inter duas passiones: sed inter duos habitus virtuosos, quod aequaliter ad passiones nos habent, nec hoc est essentialiter virtuti, cum aliqua virtus inueniatur quae hoc modo non est medium, scilicet iustitia, ut ex 5. Ethicorum patet. Iustitia enim, quasi aequalitati & medio opponitur abundantia eius qui plus habet quam iustum sit, quod ex hoc ipso iniustus est vitium iniustitiae habens, & etiam defectus illius qui defraudatus est, qui defectus vitium in eo non est, & ita iustitia non est medium inter duo vitia. Effectiue vero dicitur medium inter passiones, quia in passionibus medium inuenitur, unde non oportet quod sit in genere passionis.

ARTICVLVS. II.

De virtute diffinitio virtutis posita ab Aug. sit conueniens.

1. 2. q. 55. ar. 4. Et virt. q. 1. art. 2. Ca. 3.

Alij dicunt, qd cum in corpore humano sit multum de quinta essentia, qd multiplicatio corporis humani est, secundum quod multiplicatur quinta essentia: vnde sicut lux solis multiplicatur in se ipsa diffusa per aerem: ita etiam corpus humanum sine additione alicuius extrinseci. Sed hæc adinuentio continet duas falsitates. Prima est, quia corpus quintæ essentia non venit in compositione humani corporis: nisi secundum virtutem tantum; cum neque sit commiscibile, neque diuisibile, neque extra locum proprium possit esse. Secunda est, quia diffusio lucis non est per multiplicationem alicuius materię, cum lumen non sit corpus: sed est multiplicatio formalis tantum: sicut est etiam in qualibet alteratione & generatione, qd agens multiplicat formam suam in materia. Alij vero alium modum adinueniunt, dicunt enim qd materia prima quantum in se est, caret omni quantitate & forma. ergo æqualiter se habet ad recipiendum omnes quantitates, sicut ad recipiendum omnes formas, vnde quantumcumque parum sit de materia prima, in quouis paruo corpore potest recipere quantumlibet quantitatem: adeo qd ex grano milij totus mundus fieri potest: nec mirum, cum ex materia punctali totus mundus sit factus: cum enim materia quantitate careat indiuisibilis est, & ad modum puncti se habens. Iste autem modus multipliciter deficit. Primo, quia imaginatur in diuisibilitatem materie ad modum puncti: vt sic ex materia mundus sit factus per quandam quasi extensionem: sicut si res parua in magna extendatur. hoc autem non est verum. Materia enim dicitur indiuisibilis per negationem totius generis quantitatis. Punctus autem est indiuisibilis, sicut quantitatis principium, sicut determinatum habens: vnde ex materia res quanta efficitur, non per extensionem loquendo de materia prima, cum extensio non sit, nisi eius quod alicuius quantitatis erat: sed per quantitatis susceptionem. Secundo, & si prima materia, prout in se consideratur nullam quantitatem habeat: non tamen sequitur, qd sit in potentia, respectu cuiuslibet quantitatis imaginabilis: cum enim quantitates determinatæ, & omnia alia accidentia secundum exigentiam formæ materie recipiant, eo qd subiecta materia cum forma, est causa eorum que insunt: vt in 1. phisic. dicitur. oportet qd materia prima ad nullam quantitatem, sit in potentia, nisi quæ competat formæ naturali, quæ in materia esse potest. materia vero prima non est in potentia, ad alias formas nisi ad illas, quæ sunt in rerum natura, vel per principia naturalia educi possunt. Si enim esset aliqua potentia passiva in materia, cui non responderet aliqua potentia actiua in rerum natura, illa potentia passiva esset superflua, vt Commen. dicit: & ideo materia prima, non est receptibilis maioris quantitatis, quam quantitatis mundi, propter quod in 3. phisic. dicitur qd non est possibile magnitudinem augeri, in infinitum, loquendo naturaliter. Tercio, quia si materia eadem, quæ primo sub paruis dimensionibus erat, sub maioribus dimensionibus fiat, non potest hoc accidere nisi per rarefactionem, vt dictum est. & iste modus non competit in augmentatione corporis humani, vt per se patet. Quarto, quia quando loquimur de materia existente in hac re, iam dimittimus considerationem materie absolute: non enim potest accipi illud materie quod est in hac re, nisi secundum qd est diuisum ab illa parte materie, que est in re alia. diuisio autem non accidit materie, nisi secundum qd consideratur sub dimensionibus, saltem interminatis, quia remota quantitate, vt in 1. phisicor. dicitur. substantia erit indiuisibile: vnde consideratio materie huius rei est consideratio non materie absolute: sed materie sub dimensione existentis. vnde non oportet, vt quod

Tex. 80.

Com. 81.

Tex. 69.

Tex. 18.

conuenit materie, in quantum est absoluta & prima, quod conueniat materie existenti in hac re, prout accipitur vt in hac re existens, quia ex hoc ipso receditur a consideratione materie primæ. vnde materia que est in hac re existens, non est in potentia ad totam quantitatem mundi: sed vt que ad determinatum quid, quantum per rarefactionem potest consequi, & hoc non excedit raritatem ignis, quia nulla raritas potest esse maior, vt Commen. in 4. phisic. dicit, & sic patet, quod hæc positio tam in se falsitatem continet, qd etiam in modis adinuentis ad eius expositionem: & ideo aliorum positio est, concedentium quidem cum primis, quod aliquid est in humano corpore, & similiter in alijs corporibus que nutriuntur, quod quidem semper manet fixum toto tempore vite, secundum determinatam partem materie, in quo principaliter veritatem humanæ nature consistere dicunt. aliquid autem est aliud quod su perfluit & re

Ex quo sensu dictum est, Per inobedientiam vnus multos constituit peccatores.

Vod ergo ait, Per inobedientiam vnus multi constituti sunt peccatores, eo sensu dictum esse intelligendum est, quia ex inobedientia Adæ, scilicet ex peccato actuali Adæ, processit originale peccatum, quo omnes peccatores nascuntur, vt & in illo esset, & in omnes transfret.

Quod peccatum originale in Adam fuit & in nobis est.

Nde Aug. Iuliano hæretico nullum peccatum in paruulis esse contendenti respondens, aperte asserit, peccatum originale ex voluntate Adæ, processisse, ac per eius inobedientiam in mundum intrasse.

fluat, id est aduenit & consumitur. hoc autem est quod ex cibo generatum est. Differunt tamen a primis in hoc, quod dicuntur sumptionem alimenti, non solum in fomentum caloris naturalis necessarium esse: sed etiam in augmentum quantitatis: non enim possit illud quod primo a generantibus deductum est, quod quidem permanens esse dicunt, in tantam quantitatem extendi, quanta est quantitas humani corporis: nisi adderetur aliqua materia, quæ simul cum materia præexistente, quantitatem totam reciperet, sine aliqua rarefactione. Et hoc quidem quod est permanens dicitur diffusum per totum, & similiter illud quod est adueniens & recedens, ad modum qui contingit in missione vini & aque: vinum enim non excrecit in maiorem quantitatem, nisi per additionem aque, que quidem in vinum conuertitur: ita tamen quod virtus vini semper in illa parte materie manet magis, quæ prius sub forma vini inerat, & secundum hoc ponunt ut, quod illud quod est ex alimento generatum, non est omnino alienum a veritate humanæ nature, sicut primi dicebant: sed est secundario ad ipsam pertinet, secundum quod est necessarium ad debitam quantitatis complementum: vnde non totum hoc in resurrectione deponetur quod ex alimento conuersum est: sed reseruetur tantum quantum expedit ad perfectionem quantitatis. & huiusmodi positionis primus author, inuenitur Alexander Commenator, vt Auerois in libro de generatione dicit. Sed istud non videtur veritatem habere: cum enim de natura caloris sit vt humorem consumat, caloris dico ignei, oportet quod calor ignis, qui est instrumentum animæ vegetabilis, vt in secundo de Anima dicitur. indifferenter quantum in se est omne humidum consumat: vnde non potest efficax ratio inueniri, quare aliquod humidum signatum permaneat in tota vita. Et præterea secundum hoc sumptio alimenti non esset primo & per se necessaria ad restaurationem deperditi: sed solum ad augmentum, constat tamen quod opus augmenti præsupponit opus nutrimenti, & illud tantum nutritur, in quo deperditio facta est, quod per nutrimentum restauratur: vnde si non esset consumptio, nisi eius quod propter augmentum principaliter assumitur, nutrimentum non esset nisi per augmentum. Et præterea concedi potest, qd illud quod in carnem conuertitur per virtutem formatiuam, in principio generationis, ad maiorem perfectionem speciei perducitur, quam illud quod postmodum per actum nutritiuæ conuertitur, cum semper inueniatur generatio alicuius, quod per se generatur esse perfectior, quam illa qua aliquid accipit speciem alicuius per immixtionem ad illud, quia quod immiscetur aliquo

Com. 84.

1. Com. 39.

Tex. 41.

aliquo modo alterat naturam eius cui admiscetur, vt patet in vino quod in vite generatur, & quod ex admitione aque ad vinum accrescit. Et sic etiam videmus qd ex humido nutrimentali adueniente, immutatur corpus nutritum, vt assequatur in aliquo conditione ciborum ex quibus nutritur. Oportet tamen ad hoc qd fiat nutritio vel augmentum, qd hoc carnis qd ex cibis generatum est, cum carne præexistente miscetur. Quicunque autem sit mixtio aliorum differentium, vel sem con trariam qualitatem, vel secundum puritatem & impuritatem eiusdem, missione completa, non retinet vni quodque qualitatem propriam, alias admixtio esset ex rebus saluatis, & esset compositio tantum: sed oportet vt totum simul vnã formam accipiat, que est medium, vt patet in missione vini & aque, quia post missionem non remanet ibi aliqua pars signata habens completam virtutem vini, & habens aliquid eam debilitat, sed totum est habens eam mediocriter, vnde nec est possibile, vt completo actu nutritiuo & augmentatiuo remaneat aliquid signatum, complete participans naturam speciei, & aliquid incompleto, sed totum vniformiter. Assumit etiam in allegatione suæ opinionis distinctionem Philosophi de carne secundum speciem & secundum materiam, & medicorum de humido nutrimentali & radicali. Sed qd neutra earum pro eis faciat in responsione ad argumenta patebit.

1. de Gen. tex. 83.

Com. 35.

Tex. 59.

1. Com. 39.

D. 945.

Quærit enim Iulianus per quid peccatum inuenitur in paruulo, ita inquitens. Non peccat iste qui nascitur, non peccat ille qui genuit, non peccat ille qui condidit. Per quas igitur rimas inter tot præsidia innocentia, peccatum fingis ingressum? Et respondet ei sancta pagina, per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, per vnus inobedientiam ait Apostolus, quid querit amplius? quid querit apertius? Item inquit Iulianus. Si per hominem vnum peccatum in mundum intrauit, peccatum vel ex voluntate vel ex natura est. Si ex voluntate est, mala est voluntas que peccatum facit. Si ex natura est,

pio est dissimilis. vnde si ad similitudinem reduci debeat, oportet qd collantur ille partes secundum quas dissimilitudo erar. ver. gra. Si in cibo dominentur partes terrestres magis quam in eo quod nutritur, oportet id quod terrestre est remoueri, & quod subtilius est assumi, & similiter etiam quæcumque partes magis dominentur.

Ad secundum dicendum, qd secundum tertiam opinionem non est diuersa caro secundum materiam distincta, quæ dicitur caro secundum materiam, & caro secundum speciem, sed eadem secundum numerum caro, dicitur secundum speciem in quantum participat formam & proprietates consequentes speciem, secundum materiam dicitur in quantum ex materia consistit. Et qd hic sit intellectus Arist. patet ex verbis Comen. exponens hoc modo, & iterum ex verbis Philosophi in littera postica, dicit enim, qd hoc modo est distinguere, quod est secundum speciem, & secundum materiam in carne & osse, sicut & in vnoquoque alio, quod habet formam in materia. Constat autem qd talis distinctio non potest fieri in lapide & aqua, vt dicitur pars secundum speciem quæ ex nutrimento aduenit, & ita patet qd nec in carne & osse hoc intelligendum est, sed modo prædicto, vnde obiectio procedit ex malo intellectu verborum Philosophi.

Obiectio quorundam contra id quod supra dictum est, Omnes homines in Adam fuisse.

Hoc autem quod diximus in Adam fuisse omnes homines, quidam verborum sectatores sic obijciunt dicentes. Non omnis caro que ab Adâ traducta est, in eo simul existere potuit, quia

do est distinguere, quod est secundum speciem, & secundum materiam in carne & osse, sicut & in vnoquoque alio, quod habet formam in materia. Constat autem qd talis distinctio non potest fieri in lapide & aqua, vt dicitur pars secundum speciem quæ ex nutrimento aduenit, & ita patet qd nec in carne & osse hoc intelligendum est, sed modo prædicto, vnde obiectio procedit ex malo intellectu verborum Philosophi.

Ad tertium dicendum, qd secundum medicos, humidum quod ex primis generantibus trahitur non oportet vt dicatur radicale, quia semper remanet distinctum secundum materiam & proprietatem ab humido ex alimento aggenerato: sed quia calor naturalis in illo humido prius extitit, & illud quod permiscetur non participat speciem, nisi ex virtute illius humidum quod permiscetur, vnde est quasi radix totius illius humidum quod postmodum ex alimento conuertitur, non autem ita quod vtrumque humidum post finem digestionis vltimæ distinctum remaneat: sed totum permiscetur accipit vnã proprietatem, & vtraque materia, scilicet quæ prius suberat primo humido & secundo aduenienti, æqualiter se habet ad hoc qd transeat, & ad hoc quod virtutem speciei participet, nec dicitur consumi humidum radicale propter discessum talis materie: sed propter hoc qd non permanet proprietatem, quam totum mixtum habebat ex virtute primi humidum, tunc enim non potest fieri restauratio, quia virtus speciei non manet, sicut etiam si tota manus amperetur, non restauratur per nutrimentum, quia non manet virtus speciei determinata huic organo, & propter hanc etiam causam dicitur quedam membra ex humido radicali composita, non quod nihil nutrimenti in substantiam illorum membrorum transeat, cum quodlibet membrum corporis proportionabiliter augetur: sed quia in illis membris principaliter virtus speciei consistit, que est ex humido radicali: nec potest aliqua abscissio ab eis fieri, quin auferatur virtus speciei quantum ad aliquam partem determinatam. & propter hoc etiam talia membra decisa non sanantur.

Ad quartum dicendum, quod cum illud quod aduenit ex alimento aggeneratum, sit permiscitum ei quod prius erat, & similiter vnus effectus ex ambobus fit, semper sit deperditio in vtroque proportionaliter, vnde oportet qd & de vtroque remaneat proportionaliter, & ideo nunquam contingit qd totum illud quod prius erat abscedat, ita qd nihil prioris materie remaneat: sed semper manet aliquid, & illud quod aduenit est vni cum eo quod præerat effectum, & ideo est materia vna & indiuiduum vnus per totam vitam, sicut patet etiam in igne qui nutritur lignis, semper enim manet vnus numero ignis, quamuis aliquibus lignis appositis alia consumantur, quia illud quod aduenit semper efficitur vnus cum eo quod præerat, & magis esset simile si fieret commixtio secundum totum, sicut est in nutrimento. Secus autem esset si ex materia adueniente generetur ignis vel caro seorsum, tunc enim propter omnimodam diuersitatem

litatem

fratem materiam esset etiam diuersitas secundum numerum. ¶ Ad quintum dicendum, quod illud quod ex nutrimento aggeneratur, non ita perfecte consequitur naturam speciei, sicut illud quod primo per virtutem formatuam in carnem vel os conuertitur est, cum quia prima generatio erat carnis secundum se.

Secunda autem est carnis in alio, quasi per commotionem, tum etiam, quia quanto virtus animae magis diffunditur, & spargitur, debilius red dicitur, ut patet in corde quod quanto maius est, tanto minus calidum est, unde animalia habentia in magna cor sunt timida naturaliter, ut Philosophus in lib. 13. de animalibus dicit. & id aliquo modo est extraneum, & propter hoc permittitur, et quod prius erat causa debilitatis virtutis, sicut aqua admixta vino, ut ponit exemplum Philosophus in 1. de generatione. & ideo ad vitium oportet quod sequatur diminutio & corruptio.

¶ Ad sextum dicendum, quod modus ille, scilicet per multiplicationem materiam, non est possibilis ad minus naturae, quae quoniam non secundum se totam agit, sed secundum formam tantum, ideo multiplicat tantum formam & non materiam, & propter hoc ut opus naturae seruetur, oportet modum illum in augmento esse, qui virtuti naturae competat.

¶ Ad septimum dicendum, quod omnia quae sunt eiusdem speciei operatione naturali vno modo suam perfectionem consequuntur, si tamen vnus naturaliter id conuequatur, & alius per miraculum, non erit idem modus, sicut in caeco nato qui per miraculum illuminatur, qui alio modo habet visum ab eo qui videns nascitur, ita etiam illi qui pueri moriuntur, per miraculum ad debitam quantitatem perueniunt, nec tamen oportet quod illud miraculum fiat per multiplicationem materiam, sed per additionem exterioris materiae, qui autem visus ad perfectam aetatem viuunt, naturali operatione ad perfectam quantitatem perueniunt. unde non oportet quod sit vtroque idem modus, & si esset idem, non sequeretur quod hoc esset per multiplicationem materiam.

ARTICULUS II.

De veritate semen decidatur ex eo quod generatur ex alimento.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod semen non sit ex eo decidum quod ex alimento aggeneratur est. Au gustum dicit quod secundum corpulentam substantiam omnes sumus in Adam, & etiam secundum seminale rationem praeter Christum, qui in eo tantum secundum corpulentam substantiam fuit, sed corpulenta substantia nostra non venit a parentibus, nisi mediante semine, ergo oportet quod semen quod ex proximo parente traducitur, non sit ex eo decidum, quod ex alimento conuersum est, sed ex eo quod ipse a suo parente accepit, ut sic corpulenta substantia nostri corporis, a primo parente decidit inueniatur.

¶ 2. Praet. Secundum Dam. Generatio est opus naturae ex substantia generantis, producens id quod generatur: sed illud quod est superfluum alimenti non est de substantia generantis. ergo si ex hoc tantum generatio fieret in hominibus, non esset vera generatio.

¶ 3. Praet. Ex subtractione alicuius superflui non sequitur alicuius debilitatio: sed magis alleviatio. ex semine autem emissionem debilitat generans. ergo semen non est ex superfluo alimenti, sed ex ipso humido radicali decidum.

¶ 4. Praet. Filius pro tanto assimilatur patri magis quam alij homini, quia generatur ex semine quod ab eo traducitur. Sed natus quandoque non solum patri: sed etiam aucto assimilatur, vel proaucto etiam usque ad multas generationes, ut Philosophus in 13. de animalibus dicit. ergo oportet quod semen exeat non solum a patre, sed etiam ab aucto & proaucto: sed humidum nutrimentale nunquam fuit nisi in patre: ergo non est ex humido semen decidum: sed magis ex illo radicali quod

De par. animal. c. 4.

Tex. 42.

D. 19. 205. 214. 406. 1038.

I. p. q. 119. ar. 2. Super Gen. ad lit. lib. 10. c. 18. 19. 20.

Li. 1. de ortho. fid. c. 8.

7. de part. animal. c. 6 & 4. de generatione animal. c. 3.

¶ Patet ab aucto traxit, & aucto proaucto. ¶ 5. Praet. Id quod est de substantia alicuius, magis est proximum sibi quam hoc quod est ab eius substantia alienum: sed id quod est ex alimento conuersum, non fuit radicaliter de substantia ipsius generantis, fuit autem de substantia radicali alicuius animalis, cuius carnes comestae sunt, ut bonis & porci, ergo maior erit cognatio & similitudo ad bonum & porcum, quam ad patrem suum, hoc autem inconueniens. ergo semen non est ex humido nutrimenti decidum.

¶ 6. Praet. Sit ita, quod aliquis tantum ex carnis humanis vescatur, & ut questio sit grauior, ponatur etiam quod ex ipsis embryis etiam generet aliquem, qui sit simili modo nutriatur, inde sic arguo. Humidum radicale

¶ 7. Praet. Sit ita, quod aliquis tantum ex carnis humanis vescatur, & ut questio sit grauior, ponatur etiam quod ex ipsis embryis etiam generet aliquem, qui sit simili modo nutriatur, inde sic arguo. Humidum radicale

¶ 8. Praet. Sit ita, quod aliquis tantum ex carnis humanis vescatur, & ut questio sit grauior, ponatur etiam quod ex ipsis embryis etiam generet aliquem, qui sit simili modo nutriatur, inde sic arguo. Humidum radicale

¶ 9. Praet. Sit ita, quod aliquis tantum ex carnis humanis vescatur, & ut questio sit grauior, ponatur etiam quod ex ipsis embryis etiam generet aliquem, qui sit simili modo nutriatur, inde sic arguo. Humidum radicale

¶ 10. Praet. Sit ita, quod aliquis tantum ex carnis humanis vescatur, & ut questio sit grauior, ponatur etiam quod ex ipsis embryis etiam generet aliquem, qui sit simili modo nutriatur, inde sic arguo. Humidum radicale

¶ 11. Praet. Sit ita, quod aliquis tantum ex carnis humanis vescatur, & ut questio sit grauior, ponatur etiam quod ex ipsis embryis etiam generet aliquem, qui sit simili modo nutriatur, inde sic arguo. Humidum radicale

RESPONDEO,

RESPONDEO, dicendum, quod circa hoc sunt tres opiniones. Vna opinio est, quod semen est quadam pars decidua ab eo quod est de substantia membri, ita quod tota substantia feminis est ex humido radicali, ex quo primo & principaliter substantia membrorum componi dicunt, quod ex substantia generantis tractum est, & quia supra substantiam feminis nihil in generato additur, quod sit ad veritatem naturae ipsius pertinens, ideo secundum eos tantum id quod est de veritate naturae in filio, fuit in patre de veritate naturae eius existens, & sic ascendendo sequitur quod quicquid est de veritate naturae in hominibus omnibus, totum fuerit actualiter in Adam. Haec autem positio a quibusdam philosophis antiquis posita est, & etiam a quibusdam theologis, ut de magistro in litera patet, alia ratio & alia ratione ad hoc inclinatur. Quidam enim antiquorum philosophorum, sicut praecipue Anaxagoras, ponebat generationem alicuius non fieri, nisi per congregationem similibus partium, quae prius inerat in eo ex quo sit generatio, ita quod nihil in naturam carnis transiret, quod prius caro non fuerit, unde oportebat ad hoc quod generaretur caro & os in nato, quod aliquid ex patris carne & ossibus resoluere, & sic de alijs partibus & membris. Quidam etiam qui totam virtutem agendi materiae tribuere, quam solam naturam rerum esse dicebant, ut in 2. Phys. patet, non poterant inuenire causam assimilationis filij ad patrem in singulis membris, nisi per hoc quod materialiter aliquid de singulis membris resoluere, ex quibus corpus pueri constituitur: sed harum rationum radices a philosophis frequentibus sufficienter improbat sunt. Et non solum extractione & congregatione sit generatio: sed etiam per hoc quod materia transmutatur de forma in formam, ut sic quod prius naturam carnis non habebat, postmodum caro fiat, similiter etiam virtus actiua non est ex parte materiae: sed magis ex parte formalis principij, unde causa assimilationis filij ad patrem non est conuenientia in materia, ut oporteat membrum fieri de materia, quae ex membris patris resoluatur, cum etiam sit similitudo filij ad patrem in illis, ex quibus nullo modo semen decidit, sicut in vnguibus & capillis: sed causa similitudinis est virtus formatiua quae in semine relinquitur ex operatione virtutis formalis ipsius patris agentis in semine. Magister vero & alij theologi hoc ponentes, ad hanc positionem inducuntur propter traditionem originalem peccati, quasi in similem errorem cum prioribus declinant, ut non possit esse traditio originalis peccati in filios a parentibus, nisi secundum hoc quod materia ipsius corporis filiorum, fuit in ipsis parentibus primis quando peccauerunt, ut sic assimilatio in corruptione peccati sit secundum conuenientiam in materia, & non secundum rationem virtutis actiuae, cuius contrarium expresse Aug. asserit dicens, quod non propter hoc in nobis originale peccatum est, quia ex Adam secundum corpulentam substantiam propagati sumus, quia sic etiam in Christo originale peccatum fuisse, sed quia secundum seminale rationem conceptiuae ex eis descendimus. unde patet quod rationes, quibus haec opinio asseritur, saluum fundamentum habent. Ipsa etiam positio in se falsa est. Quod enim illa substantia humani corporis quae in primis parentibus fuit in tota diffunderetur, hoc non potest esse nisi tribus modis, vel per multiplicationem materiae, ut quidam dicunt, vel per diuisionem, quia continuum in infinitum diuisibile est, sicut alij ponunt, vel etiam per missionem secundum alios, sicut augumentatur vinum per admissionem aequae: sed multiplicatio materiae, ita quod nulla superadditio fiat, sicut ipsi volunt, non potest esse nisi per modum rarefactionis, ut in praecedenti articulo probatum est. unde sequeretur quod filius rariore corpore haberet quam pater. & quod tandem generatio naturaliter finiret, quia non potest esse rarefactio in infinitum, nisi metaphoricè loquendo, ut in 4. Phys. Comm. dicitur, idem etiam sequeretur si per diuisionem illa materia quae in corpore Adae fuit, in tota distributa esset. Corpus enim naturale non est diuisibile in infinitum, sed solum corpus mathematicum, ut ex 3. Phys. ex verbis Commen. & Philosophi habetur. Unde oportere, quod necessario deficeret generatio. Et dicitur corpus mathematicum, corpus consideratum secundum dimensiones quantitatis tantum. & hoc est corpus in genere quantitatis. Hoc enim in infinitum diuidi potest, quia in ratione quantitatis continetur non est aliquid, quod diuisioni repugnet. Corpus autem naturale dicitur quod consideratur secundum

1. phys. tex. 33.

Tex. 7.

De ciui. li. 22. c. 20.

Super gen. ad lit. lib. 10. c. 20.

T. 77. & 79

Tex. 36.

aliquam determinatam speciem & virtutem. & hoc non potest diuidi in infinitum, quia quilibet species determinatam quantitatem requirit, & in plus & in minus, sicut dicitur in 2. de Anima. Omnium natura constantium positus est terminus & ratio magnitudinis & augmenti, & ideo est inuenire minimum aquam & minimum carnem, ut dicitur in 1. Physic. T. 36. quae si diuidatur, non erit vterius aqua & caro. Constat autem quod corpus humanum naturale corpus est, unde in infinita diuidi non potest, ut in infinitum generatio daret.

¶ Praet. Dato quod corpus naturale diuidatur in infinitum sicut mathematicum, hoc non potest esse secundum eandem quantitatem: sed secundum eandem proportionem: si enim a quocunque corpore finito remoueretur quantumcunque parua pars, illa aliquoties sumpta, mensurat totum & etiam excedit, unde oportet semper tali parte sumpta per diuisionem, totum corpus tandem consumi. Si autem accipitur aliquid a magnitudine semper seruata eadem proportione, ver. gra. ut primo a tota magnitudine abscindatur tertia pars, & deinde a residuo tertia pars non totius magnitudinis, sed illius residui, & sic deinceps, nunquam cessabit diuisio in infinitum, sed tunc oportet quod illud quod accipitur in secunda decisione sit secundum quantitatem minus eo quod auferebatur in prima. Primum enim subtractum erat tertia pars totius: secundum autem tertia pars partis, & sic deinceps. unde si hoc modo fiat decisio humiditatis radicalis ex quo semen secundum eos deciditur, oportet quod in semine ex quo generatur filius, sit minus de humido radicali, quod erat de veritate naturae quam in semine ex quo generatur pater, & ita semen filij non poterit producere generatum in tanta quantitate, sicut potuit semen patris, quia omnis virtutis naturalis diuiditur ad diuisionem subiecti, ut in minori magnitudine sit minor virtus, & ita sequeretur quod filius semper esset minoris quantitatis quam pater: unde uide homines iam peruenisse ad minimum quantitatem, etiam si primi homines fuissent gigantes, sequeretur etiam quod filij semper debiliores parentibus essent, quia quanto aliquis minus habet de eo quod ad veritatem naturae suae pertinet, debilius est. Similiter etiam non est possibile quod per missionem talem, talis augmentatio fiat humanae naturae, quia quando aliquid paruum alicui maximo admisceatur, non facit missionem, ut in 1. de genera. dicitur. sed soluitur species parui quod magno additur, sicut si gutta vini mille milijs amphoris aquae addatur, unde iam in nobis nihil de veritate humanae naturae mansisset, sed totum euauisset, quod de veritate humanae naturae erat per maximam extranei admisionem. ¶ Alia opinio est, quae semen non tantum ex humido radicali esse alletit quod ex parentibus decidit, sed ex hoc simul cum humido nutrimentali quod fuit superfluum alimenti in patre, & hoc totum erit humidum radicale in filio & ad veritatem naturae humanae in ipso pertinens primo modo, & sic aliquid de eo quod in nobis est de veritate humanae naturae: fuit etiam de veritate naturae in patre & patre patris, & sic usque ad Adam, per quem modum omnes nos in Adam secundum corpulentam materiam fuisse nos asserunt. Sed quamuis haec opinio euadat, quaedam inconuenientium quae ad primam consequuntur, non tamen omnia euadere potest. Primo, quia rationes & signa Philosophi inducta euidenter ostendunt, quod semen nullo modo est aliquid ex membris resolutum, unde eiusdem rationibus improbat opinio, ponens totum semen esse quid resolutum vel partem eius. Secundo, quia per modum istum, ut ipsi ponunt, esset augmentatio veritatis humanae naturae per admissionem, & sic sequeretur inconuenientia quae ad duos modos supra positos sequuntur. esset enim tunc minus de veritate humanae naturae in filio quam in patre. quod patet si alicui vino admisceatur aqua, & admisceatur iterum parti diuisae ab illo vino commisto iterum aqua, ut perueniat ad eandem quantitatem, & sic deinceps. constat enim quod semper minus de vino remanebit in secundo quam in primo, & sic tandem vinum annullaretur. unde patet quod etiam sequeretur ad hanc positionem, quod generatio naturaliter deficeret, & quod in nobis iam quasi veritas naturae humanae & infectio peccati euauisset.

¶ Tertia opinio est Philosophi, quod semen sit tantum de superfluo alimenti, vult enim quod semen non est aliquid resolutum a toto, sed illud quod est habens naturam, ut sit conueniens totum, quod sic potest contingere. Cum enim omne agens assimilet sibi patiens quantum potest, oportet quod cibus per virtutem agens

¶ Tertia opinio est Philosophi, quod semen sit tantum de superfluo alimenti, vult enim quod semen non est aliquid resolutum a toto, sed illud quod est habens naturam, ut sit conueniens totum, quod sic potest contingere. Cum enim omne agens assimilet sibi patiens quantum potest, oportet quod cibus per virtutem agens

1. de gene. anima. c. 18 & 19.

Tex. 86.

agentem in ipsum assimilatur in naturam corporis, quod ab anima est perfectum, & quanto amplius digeritur, tanto magis erit virtutem animae participans: quando igitur venit ad ultimam digestionem antequam sit in membra conuersum, quasi perfectam similitudinem totius consecutum est virtute, & si non actu, & ideo in eo est virtus per quam potest formari totum corpus. Quia ergo nutritiva pars ex alimento hoc modo assimilato assumptis in nutrimentum membrorum, illud quo ad nutrimentum indiget, vel ad augmentum residuum, quod dicitur vitium digestionis superfluum administrat nutritiuam virtutem generatiuam, & hoc est substantia feminis, ut sit semen, & sit superfluum inquantum residuum est ab opere nutritiuo, & sit tamen necessarium in quantum indiget eo virtus generatiua, unde dicit Philosophus in 1. de animalibus, quod semen est superfluum quo indiget, ita hoc semen per virtutem generatiuam ministratur, & preparatum habet naturam, ut ex eo generetur totum cum administratione eius, quod ex matre ministratur, quod quid sit illud. Et huic opinioni consentio, quae rationabilior ceteris videtur.

Auctoritate et ratione probatur nihil extrinsecum conuerti in humanam substantiam, quae ab Adā est.



Vid vero nihil extrinsecum in humani corporis naturam transeatur, veritas in euangelio significat dicens. Omne quod intrat in os, in ventrem vadit, & in secessum emittitur. Quod etiam ratione ostendi potest hoc modo. Puer qui statim post ortum moritur, in illa statura resurgit quam habiturus erat, si viveret vsque ad aetatem. xxx. annorum, nullo vitio corporis impletus. Unde ergo illa substantia quae adeo parua fuit in or-

debat ex hoc, quod cognationis causa esset magis ex parte materiae quam ex virtute actiua, cuius contrarium Philosophus ostendit in 5. Meta. dicens, magis homo est de genere patris sui quam matris, cum a patre formam recipiat, & a matre materiam.

tu, in resurrectione magna erit, nisi sui multiplicatione in se. Unde apparet, quod etiam si viveret, non aliunde, sed in se augmentaretur illa substantia. Sicut costa de qua facta est mulier, & sicut panes euangelici. Non inficiamur tamen, quin cibi & humores in carnem & sanguinem transeant, sed non in veritate humanae naturae, quae a primis descendit parentibus. Quae sola in resurrectione erit, reliqua vero caro in quam cibi transeunt, tanquam superflua in resurrectione deponetur. Quae tamen ciborum aliarumque rerum formis coalescit.

assimilatum erat membris, resurgit in eo cuius carnes comestis sunt. Sed quod fuit in illis carnibus de humiditatibus & humoribus a perfecta assimilatione distantibus, resurgit in pueris qui ex illo semine generantur, & in vitroque illud supplentur, quod deest ex virtute diuina, hoc tamen ad tractatum de resurrectione magis pertinet.

EXPOSITIO TEXTVS.



OC MALE fenserunt quidam heretici &c. Pelagius ad hoc inducebatur, propter hoc, quod potestatem lib. ar. ampliabat nimis, ut nullum peccatum esse in homine posset, nisi ex eius lib. arb. proueniret, & quod nulla gratia indigebat homo ad hoc, ut a peccato immunis existeret. Originale peccatum dicitur fomes peccati &c. Hic ponuntur octo nomina originalis peccati, quorum differentia sic accipi potest, potest enim hoc peccatum nominari vel per comparationem ad modum quo causatur in nobis, vel per comparationem ad subiectum in quo est, vel per comparationem ad peccatum actuale in quod inclinatur, & quia per originem vitiatam in nos peruenit, ideo ex modo quo creatur in nobis nominatur dicitur originale peccatum. In peccato autem actuali duo considerantur, scilicet defectus sui deformitatis peccati, & secundum hoc nominatur fomes peccati, quasi fomentum praebens ad peccandum, sicut siccitate lignorum fouetur ignis, & iterum delectatio quae consistit in conuersione ad bonum commutabile, & sic dicitur concupiscentia quantum ad deordinationem, actu existentem in partibus animae, substracto retinaculo iustitiae originalis, vel in ordine ad actum concupiscentiae ad quem peccatum originale inclinatur, & sic dicitur concupiscentia. Subiectum autem in quo originale peccatum consistit, est homo, qui ex duabus naturis constat, rationali & sensitua, potest ergo originale peccatum nominari, vel per comparationem ad rationalem, vel per comparationem ad sensitiuam. Si primo modo, sic ex parte eius quod est formale in originali peccato, scilicet debita iustitia careria, dicitur languor naturae, ex parte vero eius quod est materiale, scilicet inordinatio inferiorum virium iniuste & quodammodo tyrannice ratio in seruitutem peccati trahitur, ex parte autem sensituae quae est potentia organica affixa, dicitur lex carnis, ex eo quod per translationem carnis traducitur, & dicitur lex membrorum, in quantum in membris completis dominatur, & quodammodo secundum conditionem eorum inclinatur in actum, ut scilicet in delectabile membris homo inclinatur, quod est eis conueniens. In eo materialiter erant &c. Non ita quod illud quod fuit materia corporis Adae, sit postmodum materia omnium hominum: sed quia materia omnium hominum originaliter ab Adā traducta est, sicut a principio effectiuo primo in humana natura, materia humanae corporis est menstruum, vel etiam semen simul ut quibusdam placet. Quod autem semen & menstruum causatur

ubi supra.

1. de Gene. aial. c. 19.

4. de Gene. 2. li. ca. 3.

D. 406.

D. 861.

in

in

in nobis, hoc non est nisi per virtutem naturalem quae in nos ex parentibus deuenit, & ita tota materia corporis humani originem habet ab Adam, non quasi ab eo decisa, sed quasi a virtute quae ab ipso descendit preparata. Quod etiam ostendit potest &c. Ista ratio non valet, quia procedit a maiori affirmando. magis. videtur quod in resurrectione magis & minus ad perfectam participationem speciei accedentes, sicut sanguis & humiditas, in qua vltimus sanguis digestus conuertitur, & vltimus caro & os.

Quomodo peccatum originale a patribus transeat ad filios, an secundum animam, an secundum carnem.

DISTINCTIO XXXI.

A

Quomodo peccatum originale a patribus transeat ad filios, an secundum animam, an secundum carnem.



Vnc superest inuestigare, qualiter illud peccatum a patribus traducatur in filios, scilicet in secundum solam animam, an secundum carnem, siue secundum vtrumque. Putauerunt quidam secundum animam trahi originale peccatum, non solum secundum carnem, sed & animam ex traduce esse arbitrati sunt. Sicut enim in generatione proles de carne paterna substantialiter trahitur caro, ita & de genitricis anima, animam geniti essentialiter deduci ab his extimabat. Ideoque sicut de corrupta carne, caro corrupta seminatur, ita etiam de anima pe-

forte poterit esse mixtum secundum minima saluata, ut quidam posuerunt, quod etiam in primum modum rediret.

DISTINCTIO XXXI.

DIVISIO TEXTVS.



STENSIO quod peccatum originale est, & quid sit, hic prosequitur quaedam conditiones ipsius. Et diuiditur in partes tres. In prima determinatur de peccato originali, quantum ad eius principium, ostendens quomodo traducatur. In secunda determinatur de eo quantum ad eius terminum, ostendens quomodo per baptismum remittatur. In tertia determinatur de eo quantum ad eius numerum inquires, an sit vnum vel plura. In prima ostenditur quomodo peccatum originale in duas. In prima ostenditur modum, quomodo peccatum originale traducitur. In secunda mouet contra hoc quaedam dubitationes. In tertia ostenditur quomodo peccatum originale in duas. In prima determinatur modum quo peccatum originale in nos peruenit. In secunda ex ipso modo concluditur rationem nominis. In tertia ostenditur quid sit originale peccatum &c. Prima diuiditur in tres. In prima mouet questionem, vtrum scilicet peccatum originale per translationem animae, vel per translationem carnis in nos deueniat. In secunda excludit sententiam illorum, qui per translationem animae peccatum originale in nos deuenire dicebant, ibi Putauerunt quidam secundum animam &c. In tertia ostenditur qualiter secundum translationem carnis originale peccatum traducatur. ibi Est enim peccatum originale, ut supra diximus &c. Et diuiditur in partes tres. In prima ostenditur quod propter federtatem quae est in carne cum translatione carnis simul culpa vel poena traducitur. In secunda inquit de illa federtate quid sit, vtrum scilicet culpa vel poena. ibi Hic queri solet &c. In tertia ostenditur quomodo illi qui ab hac federtate purgati sunt, peccatum originale transmittere possint, ibi Ne autem miremur & intellectionem turbemur &c.

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic queruntur duo.

Primo. De translatione originalis peccati. Secundo. De subiecto eius.

Circa primum queruntur duo.

Primo. Vtrum per translationem carnis originale traducatur. Secundo. Vtrum in omnes homines necessarium sit originale peccatum transire.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum originale peccati possit transire in posteros per originem carnis.




De Nup. & Cocc. 32.

De Nup. & Cocc. 32. tur quod per originem carnis, originale a primo parente in posteros transire non possit. Actio enim personae non extendit se ad naturam, quia persona inferior & minus est potens quam natura in qua subsistit, sed origo carnis debetur ipsi naturae. cum generatio sit ordinata ad conseruationem speciei & non induidui, ergo peccatum primi parentis per originem carnis in posteros transire non potuit, quia hoc esse non potuit, nisi per

catrice, anima peccatrix corruptione originali infecta ab illis trahi dicitur.

Pradictam opinionem damnat, & quod per carnem traducatur peccatum dicit, & quomodo ostendit.



Oc autem fides Catholica respicit, & tanquam veritati aduersum dānat, quae non animas, sed carnem solam, sicut superius diximus ex traduce esse admittit. Non igitur secundum animam, sed secundum carnem solam peccatum originale trahitur a parentibus. Est enim peccatum originale, ut supra diximus, concupiscentia, non quidem actus, sed vitium. Unde Aug. ad Valerium. Ipsa concupiscentia est lex membrorum vel carnis, quae est morbidus quidam affectus vel languor, qui commouet illicitum desiderium, id est carnalem con-

actionem personae natura inficeretur.

Præter. Contrarium oportet esse idem subiectum: sed in defectu culpae perfectioni virtutis opponitur. cum ergo semen subiectum virtutis esse non possit, nec infectioni culpae subijci poterit, caro autem non traducitur nisi mediante semine, ergo per modum illum mediante semine non poterit per translationem carnis originale peccatum traduci.

Si dicatur quod per libidinem coitus semen inficitur, & illa infectio est causa culpae originalis.

Contra. Libido secundum Aug. dicitur improba voluntas: sed improba voluntas peccatum est, ergo si ratione libidinis culpa originalis causatur in nato, tunc natus traheret peccatum originale a proximo parente, & non a primis parentibus, & hoc est contra id quod infra Magister determinat.

Præter. Illa infectio seminis defectus quidam est. omnis autem defectus in nobis videtur vel culpa vel poena esse, aut igitur est culpa aut poena. Culpa non potest esse, quia semen subiectum culpae esse non potest. nec etiam poena, quia poena culpam praecedere, & culpa ex poena causaretur, quod est inconueniens, ergo nullo modo potest ex infectione seminis peccatum originale in generato causari.

Præter. Etiam post baptismum, quantumvis originalis culpa deleatur, remanet tamen concupiscentia in corpore per modum poenae, ergo infectio concupiscentiae in semine animam inficere potest culpa originalis, etiam postquam homo a peccato originali mundatus esset, per concupiscentiam in corpore remanentem, anima similiter inficeretur, & ita peccatum originale de necessitate rediret, quod est inconueniens, quia oporteret etiam de necessitate redire, quod est inconueniens, quia poena vitiositatis diuinae, ergo non est possibile quod infectio seminis infectionem culpae in anima causet.

CONTRA. est quod Apostolus dicit ad Roma. 5. Per vnum hominem peccatum in mundum intrauit: sed non potuit ex vno homine humanum genus infici, nisi eo modo quo totum genus humanum ex vno homine processit. hoc autem fuit per originem carnis, ergo hoc modo peccatum originale a primis parentibus in nos transit.

Præter. Sicut se habet personale peccatum ad actum personae, ita se habet peccatum naturae ad actum naturae, sed peccatum personale, id est actuale ex actu personae causatur, ergo & peccatum naturae, id est actuale ex actu naturae in nobis efficitur, sed actus naturae est actus generationis, per quem ipsa natura ipsi saluatur, ergo per actum generationis peccatum originale in nos transit.

RESPONDENDO,

RESPONDEO, Dicendum, qd in progressu originalis talis ordo servatur, qd persona naturam infecit per actum peccati, & naturam infecit in personam secundario transiit, quae a persona peccante propagatur: quod qualiter sit videndum est. sicut enim prius dictum est, hoc Deus humanae naturae in sui principio supra conditione suorum principiorum contulerat, ut esset in ratione rectitudo quaedam originalis iustitia, quam sine aliqua relictentia inferioribus viribus imprimere possit, quia hoc gratia collatum fuerat, ideo iuste per ingratitudinem inobedientiae subtrahitum est: unde factum est, ut primo homine peccante, natura humana quae in ipso erat, sibi ipsi relinquere, ut consideret secundum conditionem suorum principiorum, & per modum istum ex actu personae peccantis ipsam naturam defectus transiit, & quae natura deficiens ab eo quod gratis impeditum erat, non potest causare hoc quod supra naturam collatum erat, cum nihil agat ultra suam speciem, ideo sequitur, quod ille qui generatur ab habente naturam hoc modo deficientem, naturam in simili defectu suscipiat, quia actus personae secundum conditionem suae naturae procedit, & ultra non se extendit, inde est quod defectus in ipsam personam generatam redundat. sed ratio culpa inde venit, quia illud quod collatum fuit gratis ad se, scilicet originalis iustitia, non fuit sibi collatum personaliter, sed in quantum talem naturam habebat, ut omnes scilicet in quibus talis ab eo accepta natura inveniatur, tali dono potirentur, & ideo cum propagatione naturae etiam illa originalis iustitia propagata fuisset. In potestate ergo naturae erat, ut talis iustitia semper in ea conservaretur: sed per voluntatem personae existentis in natura factum est, ut hoc perderetur, & ideo hic defectus comparatur ad naturam, rationem culpae habet in omnibus, in quibus inuenitur causa naturae accepta a persona peccante, & quia per originem carnis defectus iste naturali generatione traducitur simul cum natura, ideo etiam & culpa originalis per originem carnis traduci dicitur, & quia per voluntatem personae ratio culpae ad naturam transit, ideo dicitur personam naturam infecisse: quia vero in personis alijs est originale peccatum a prima persona generantis, non est ratio culpae ex ipsis, cum non propria voluntate peccatum tale incurrant, sed in quantum talem naturam cum ratione culpae recipiunt, inde est, quod secundo natura personam infecere dicitur. inde etiam est, quod ista infectio ex ordinata voluntate primi parentis, in ipso quidem primo parente fuit dupliciter, scilicet per modum peccati actualis, in quantum eam per propriam voluntatem contraxit, & etiam ulterius per modum peccati naturalis, in quantum natura in eo infecta est. In sequentibus autem non est nisi peccatum naturale.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quomodo natura absolute considerata immobilis sit, tamen secundum esse suum considerata, oportet quod ad variationem personae varietur per accidens. constat enim, quod deficiente hoc homine, deficit humana natura, quae in ipso est, & ita etiam peccatum personale ad se in naturam humanam transiit, secundum quod in ipso esse habebat. Ipso enim peccante priuatus est his, quae sibi ratione naturae suae gratis concesserant, & eo priuato, etiam natura priuata fuit, ut in ipso erat, & per consequens in alijs qui ab ipso naturam acciperent erant.

cupiscentiam, quae lex peccati dicitur, quae dicitur manere in carne, non quia in anima sit, sed quia per corruptionem carnis in anima sit.

Causam corruptionis carnis ostendit, ex qua in anima peccatum sit.

Aro enim per peccatum corrupta fuit in Adaeo, ut cum ante peccatum vir & mulier sine incenciuo libidinis & concupiscentiae feruore possent conuenire, essetque thorax immaculatus iam post peccatum non valeat fieri carnalis copula absque libidinosa concupiscentia, quae semper vitium est, & etiam culpa, nisi excusetur per bona coniugij. In concupiscentia igitur & libidine concipitur caro formanda in corpus prolis. Unde caro ipsa quae concipitur in vitiosa concupiscentia polluitur & corrumpitur, ex cuius contractu anima cum infunditur maculam trahit qua polluitur, & ita fit ea, id est vitium concupiscentiae, quod est originale peccatum.

Ad secundum dicendum, quod semen non est actu subiectum culpa, sed virtute tantum. hoc modo enim se habet semen ad peccatum originale, sicut ad naturam humanam, unde sicut in semine non est natura humana nisi in virtute, ita etiam nec originalis culpa, quia per virtutem quae est in semine, generatio ad naturam humanam terminatur in defectum originali peccato.

Quod propter corruptionem carnis, quae est causa peccati, dicitur peccatum esse in carne.

Deoque ipsum peccatum dicitur manere in carne, caro igitur quae in concupiscentia libidinis seminatur, nec culpam habet, nec actum culpae, sed causam. In eo igitur quod seminatur, corruptio est in eo autem quod nascitur, concupiscentiae vitium est. Unde Ambrosio de verbis Apostoli sic ait. Quomodo habitat peccatum in carne, cum non sit substantia, sed priuatio boni? Ecce primi hominis corpus corruptum est per peccatum. Ipsa quoque corruptio per conditionem offensionis manet in corpore. robur tenens diuinae sententiae datae in Adam, cuius consortio anima maculatur peccato, per id ergo quod facti causa manet, in habitare dicitur peccatum in carne, haec est lex carnis. Idem. Non habitat peccatum in anima, sed in carne, quia peccati causa ex carne est, non ex anima, quia caro est ex origine

culpa & mortali & veniali exerceri. unde constat, quod non intelligitur illa libido transmittere originale peccatum in prolem, nec iterum illa quae est inordinata delectatio sensualitatis, & si enim per miraculum a tali inordinatione delectationis coitus aliquorum purgaretur, nihilominus eorum nati, peccatum originale contraherent. unde patet quod libido tertio modo dicta, intelligitur esse peccati originalis causa, omne enim generans generat sibi simile in natura. unde cum haec sit conditio naturae humanae iustitia originali deficiente, ut talis inordinatio virtutis animae in ea existat, constat quod etiam talis conditio in prole remanebit, & si feruor coitus inueniatur dici causa originalis peccati, hoc non propter se dicitur, sed in quantum est signum eius quod est substantiae causa, quia ex inordinatione virtutum inordinata delectatio in coitu procedit, quasi signum & effectus causam suam indicans.

Ad quartum dicendum, quod illa infectio quae est in semine, sic non habet rationem culpae, proprie loquendo, ante infusio-nem animae, ita nec poena. oportet enim esse idem subiectum culpae & poenae, & ideo sicut in rebus irrationalibus non proprie est poena, quae de se ordinem ad culpam habet, ita etiam nec in semine poena potest esse, sed est defectus quidam in quantum similitudo naturae generantis in semine virtualiter manet, per modum etiam, quo lepra in semine leprosi non est egritudo, si tamen poena esset, posset esse causa culpae non in quantum huiusmodi, sed secundum quod ex culpa causatur, virtus enim causae manet in effectu: unde quia per peccatum primi hominis ista infectio consecuta est in tota natura humana, ideo ubi inuenitur subiectum susceptum culpae, habet rationem culpae in actu, sicut in puero iam nato. ubi vero hoc non inuenit, manet in tali infectione virtus culpae, ut sic causa culpae esse possit.

Ad quintum dicendum, quod cum peccatum originale per se loquendo sit naturae vitium, non potest causari per id quod est personae per se, sed solum per id quod naturae debetur. Conseruatio autem coniunctionis corporis ad animam, pertinet specialiter ad esse huiusmodi personae in natura humana subsistentis, & ideo talis coniunctio infectionem originalis peccati non facit in anima, nisi adiungatur aliquid, quod per se ad naturam

D. 1006.

† Super ad Roma. c. 7. tom. 4.

D. 878.

naturam pertinet, & hoc est actus generationis, qui per se natura conferenda debetur, & ideo ex concupiscentia quae remanet post baptismum, non inficitur iterum anima illius qui baptizatus est, sed per generationem in filium suum traducitur, ut in originali nascatur.

ARTIC. II.
Utrum sit necesse omnes homines nasci in peccato originali.

† Li. 4. contra Iul. c. 4. & 6. li. 3. q. 87. art. 3. Et Mart. 94. art. 6.

Sup. 1. Co. int. c. 15.

De fide ad Pet. c. 26.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod non sit necesse omnes homines in peccato originali nasci. Baptismus enim reddit regeneratis per ipsum hoc, quod per Adam perditum fuit, quia donum Christi excedit delictum Adae, ut dicitur Ro. 5. sed si Adam non peccasset, homines in peccato originali filios non generassent, ergo & homines baptizati in filios peccatum originale non transmittunt.

De causa originalis peccati quae est in carne, utrum sit culpa, an poena.

Ic quaeri solet, utrum causa peccati originalis quae dicta est esse in carne, culpa sit, vel poena, siue aliquid aliud. Culpa esse non potest, quia culpa non est in re irrationali. Si enim culpa esset in carne ante infusionem animae, actualis esset, vel originalis. Sed actualis ibi non est, nec originalis, quia est, quia ipsa causa est originalis peccati. Si autem poena est, quae est illa passibilitas, vel mortalitas, vel alia corruptio? hos enim de defectu carni inesse constat.

Hic aperitur, quid sit seditas trahita ex libidine coeuntium, quae vitium vel corruptio dici potest.

Quod dici potest, quod multiplex defectus carnis, & praecipue pollutio quaedam, quam ex feruore coitus parentum & concupiscentia libidinosa contrahit caro dum concipitur, causa est originalis peccati, quae recte vitium siue corruptio carnis appellari potest, quae seditas maior esse videtur in carne concupiscentialiter traducta, quam in ea vn

de supra dictum est, tali conditione sibi iustitia originalis concessa, ut omnes qui ab eo naturam humanam acciperent, simul cum natura & iustitiam consequerentur. unde quod illi qui ab ipso nati sunt tali iustitia careant, ex voluntate ipsius Adae consecutum est. unde ratio voluntarij in omnes qui ab eo naturam humanam accipiunt simul cum defectu transit, & quia genitum naturam recipit a generante, & patiens ab agente, ideo omnes qui secundum feminalem rationem quae est virtus actiua, ab Adam descendunt, oportet quod in culpa originali nascantur.

† Li. 3. c. 7.

D. 370.

† Ad

SED CONTRA est quod Apostolus Rom. 5. dicit. Peccatum in omnes homines transit.

Praet. Ille qui non est peccato obnoxius, redemptione non indiget. si ergo esset aliquis qui non in peccato originali nascatur praeter Christum, inueniretur aliquis qui redemptione facta per Christum non indigeret, & sic Christus non esset caput omnium hominum, quod non est conueniens secundum fidem. ergo nec ponere quod aliquis sine peccato originali nasci possit.

Inductio ostendit similitudinem non absurde filios trahere peccatum a parentibus etiam mundis dici.

Ne autem miremur & intellectum turbemur, audientes peccatum originale filios traducere a parentibus, iam per baptismum ab illo peccato mundatis, diuersarum similitudinum inductione id posse fieri insinuat Aug. in lib. de baptismo paruulorum, ita inueniens. Quomodo praepitium per circumcisionem aufertur, manet tamen in eo quem genuerunt circumcisi. Quod est palea quae operi humano tanta diligentia separatur, manet tamen in fructu qui de purgato nascitur tritico, ita peccatum quod in parentibus per baptismum mundatur, manet in eis quos genuerunt. Ex hoc enim gignunt quod adhuc verustum trahunt, non ex hoc quod lex in nouitate promouit eos inter filios Dei. Non enim generant parentes filios secundum illam generationem, qua denuo sunt nati, sed potius secundum illam qua carnaliter & ipsi priuam sunt generati.

Quare dicatur originale, hic dicitur cum epilogo.

Am ostensum est quid sit originale peccatum, & qualiter a parentibus in filios, & per carnem in animam transeat. Ex quibus etiam innotescit, quare dicatur originale peccatum, ideo scilicet, quae ex vitiosa lege originis nostrae in qua concipimur, scilicet car-

ne peccati, & per traducem omnis caro fit peccati. anima vero non traducitur, & ideo in se causam peccati non habet. Aug. quoque ex carne peccatum animam trahere in sermone quodam de verbis Apostoli ostendit dicens. Vitium concupiscentiae est quod anima non ex se sed ex carne contraxit. Natura quippe humana non opere Dei cum vitio primitus est instituta, sed ex voluntate arbitrio priorum hominum, venienti vitio est fauciat, ita ut non sit in carne bonum, sed vitium quo inficitur anima.

† Ad

PRIMUM ergo dicendum, quod redemptio Christi totum nobis reddit, quod in Adam perdidimus: non tamen simul: sed unumquodque tempore suo, non enim per Christum in primum statum innocentie perducimur, ut simus immortales in hac vita, sicut et Adam fuit: sed hoc per Christum in patria consequi speramus: & ideo per baptismum, & alia sacramenta, quae ex passione Christi virtutem fortuntur, expurgatur homo quantum ad id quod personae est: & etiam quantum ad naturam in his, quae personae sunt comparata: ut ipse homo in actibus personalibus peccato non serviat: sed non in quantum ad naturam in his, quae per se naturae debentur: & ideo oportet, ut per actum etiam naturae infectio originalis in partem transeat: quod etiam patet sit a culpa originali immunis, secundum quod ad personam suam spectat. sicut enim peccatum originale, qui liber trahit particulari generatione sua: & non per generationem patris sui: ita etiam oportet, quod & mundationem suam consequatur per specialem regenerationem suam: & non per hoc, quod pater suus regeneratus est.

Ca. 2. med.

Aug. Ench. c. 55. A. ubi. 1. cor. c. 15.

Et illi filii passibilitatem, & defectus corporales contraxissent: non autem originalem culpam: & defectus qui sunt ex parte animae. Cuius ratio in evidenti est, quia secundum Philosophum in Sexto de animalibus, corpus non est nisi ex femina. Anima autem est ex mari: non ita, quod anima rationalis traducatur, sed quia in semine est virtus formativa, per quam in aliis animalibus inducitur anima sensibilis. In homine vero organizatur corpus, & preparatur ad receptionem animae rationalis. Si autem eorum uerbo Adam peccasset, muliere non peccante, filii ex utroque concepti virtute haberent, & defectus animae, & corporis: quia ex defectu animae, etiam defectus corporis causatur, deficiente, n. priore, necesse est, & posterius deficere: sed non convertitur.

Cap. 2.

Pal. 50.

Ad quintum dicendum, quod hoc non potest esse: ut concupiscentia habitualis, quae in ordinatione viri animae consistit, tolleretur ex toto, nisi natura penitus reintegraretur. & hoc quidem nulli dubium est, quin Deus facere possit. & si hoc fieret, proculdubio geniti sine originali nascerentur.

Deinde quaeritur de subiecto originalis peccati. Et circa hoc quaeruntur duo.

Primo. Vtrum originale sit in essentia animae, sicut in subiecto, vel in aliqua potentia eius.

Secundo. Vtrum generatiua praeter alios viribus infecta sit.

ARTICVLVS PRIMVS. a Vtrum peccatum originale sit subiective in aliqua potentia.

PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod originale sit in aliqua potentia, sicut in subiecto. Illud enim quod est a corpore absolutum, & immateriale, non videtur corpori, nisi mediante aliquo materiali: sed anima rationalis absoluta est a materia, & immaterialis, ut in Tertio de anima Philosophus probat. ergo oportet, quod videtur corpori mediante virtute sensitiva, & nutritiva partis, quae sunt materiales, & organici affixae: sed peccatum originale transit in animam: ex hoc quod corpori coniuncta est: ergo per prius inuenitur in potentia sensitiva, & nutritiva partis.

1. 2. q. 5. 8. ar. 1. Et Ma 10. q. 4. ar. 5.

tex. 19. 20.

2. Praet. Originale per originem traducitur. origo autem humanae naturae est per actum generatiuae potentiae: ergo in ea primo, & principaliter est originale, sicut in subiecto: & non in essentia animae.

3. Praet. Concupiscentia sine habitualiter, sive actualiter formatur, ad vires sensitivas pertinet: sed in praecedenti distinctione Magister dixit, originale esse concupiscentiam, ergo est in potentia illis, sicut in subiecto: & non in essentia animae.

4. Praet. Sicut Aug. dicit, omne peccatum in voluntate est: sed originale peccatum est, ergo in voluntate est. Voluntas autem potentia est animae: ergo est in potentia, sicut in subiecto.

5. Praet. Poena responderet culpa: sed poena originalis, scilicet carere diuinae visionis est in ratione. ergo & peccatum originale, ratio autem potentia quadam est, ergo originale, &c.

CONTRA. Per originale omnes potentiae animae inficiuntur: sed potentiae non vniuntur, nisi in essentia. ergo originale per prius essentiam respicit.

Praet. Originale est culpa, & infectio naturae: sed ad naturam per prius comparatur essentia, quam potentia: quia essentia est pars essentialis naturae, ergo in ea originale principaliter est.

RESPONDEO. Dicendum, quod peccatum originale est in essen-

De duabus animabus. cap. 10.

in essentia animae, sicut in subiecto, quod sic patet. Philosophus in 8. Metaph. ostendit, quod unio formae, & materiae non est per aliquod vinculum medium: immo per se unum alteri vniuntur, alias non esset unio essentialis: sed accidentalis. anima autem forma corporis est: unde oportet, ut ipsa anima vniatur per essentiam suam immediate corpori, ut ex ea & corpore efficiatur unum, sicut etiam ex cera & sigillo, ut in 2. de anima dicitur, & quia originale causatur in anima ex coniunctione eius ad tale corpus, prout forma est. sic enim ex utroque coniunctis talis natura resultat: oportet, quod in essentia animae sit primo & principaliter sicut in subiecto, originale: in potentia autem per consequens, sicut & supra de gra dictum est.

Ex. 7.

Pa. 21.

Tex. 3.

D. 486.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod originale peccatum traducitur, sicut & natura humana: unde de sic non oportet, quod principaliter humanae naturae in potentia generatiuae consistat, ita nec quod ipsa sit primum actum originale: sed magis essentia animae, quae naturam humanam integrat, & constituit.

Ad tertium, dicendum, quod ut supra dictum est, concupiscentia non est totum esse culpae originalis: sed solum id quod materiale in originali est, quod vero in eo formale est, ex parte voluntatis attenditur: & ideo in viribus superioribus & inferioribus simul originale saluatur: & hoc non possit esse, nisi per hoc, quod defectus & infectio primo in essentia animae inuenitur, quae utramque potentiarum principium est, ut sic ex ea in omnes potentias corruptio originalis transeat.

Ad quartum, dicendum, quod peccatum omne in voluntate est, sicut in causa: non tamen semper est in ea, sicut in subiecto, cum etiam concupiscentia & irascibilis subiectum peccati esse possit: & hoc modo etiam originale in voluntate est, sicut in causa, quia ex voluntate primi parentis in omnes transfuit.

Ad quintum, dicendum, quod per visionem Dei non solum ipsa ratio glorificatur, sed etiam totus homo: unde carentia diuinae visionis non est poena tantum rationis, sed totius hominis: neque oportet, quod sicut diuina visio est primo in potentia rationis, ita & rationale in potentia primo existat: quia originale consequitur naturam: sed beatitudo animae in operatione quadam consistit. operatio autem potentiae debetur: sed natura essentiam respicit: & praeterea ad visionem beatam, anima peruenire non potest sine lumine gratiae: cuius subiectum est essentia, ut supra 26. dist. dist. & cum est.



Sed ad hoc opponitur hoc modo. In ipso conceptu vbi dicitur transmittitur peccatum: propagatur caro: nec tamen tunc infunditur anima secundum physicos: sed iam effigiato corpore: quod etiam Moyses in Exodo aperte significat: vbi ait de percussura mulieris pregnantis. Siquis, inquit, percusserit mulierem pregnantem, & abortum fecerit: si adhuc informe fuerit puerperium: mulcabitur pecunia. Si autem formatum fuerit reddat animam pro anima. Formatum vero intelligitur propria anima animatum, & informe quod non habet animam, in ipso er-

Obiectio quorundam intendentium probare peccatum non traduci ex lege coitus.

Vtrum potentia generatiua sit magis infecta aliis potentis.

ergo conceptu cum caro propagatur: nondum infunditur anima. Quomodo ergo ibi peccatum transmittitur cum peccatum non possit esse: vbi anima non est? Ad quod dici potest, quia in illo conceptu dicitur peccatum transmitti, non quia peccatum originale sit: sed quia caro ibi contrahit id ex quo peccatum fit in anima cum infunditur, & utrunque vocatur conceptus, scilicet cum & caro propagatur formatumque corporis humani recipit, & cum anima infunditur: quod aliquando etiam dicitur natiuitas. Unde dicitur quod natum est in te. Proprie autem natiuitas dicitur in lucem conditio.

AD SECUNDUM ergo dicendum, quod originale peccatum non fit praeter alios viribus infecta. Illud enim quod non est aliquid obediens rationi, non potest virtute perfici, vel culpa inquinari, sed potentia generatiua est humilissima: ergo in ea infectio peccati esse non potest.

2. Praet. Poterit infectio non contingit esse actum sine peccato: sed actum generatiuae virtutis, sine peccato esse contingit, ut patet in actu matrimoniali. ergo generatiua infectio peccati infecta non est.

3. Praet. Infectio originalis peccati est per fomitem, fomes autem est in sensualitate. ergo & infectio in ea principaliter est: & non in generatiua.

4. Praeterea. Infectio peccati est in eo, quod est subiectum peccati: sed subiectum originale est essentia animae, & non potentia, ut dictum est. ergo in ea est infectio, & non in generatiua.

5. Praet. Nutritiua augmentatiua, & generatiua ad eandem partem animae pertinent, scilicet vegetabilem: sed nutritiua non ponitur infecta originali peccato: nec iterum in augmentatiua aliquid peccatum ponitur. ergo nec generatiua debet dici praeter alios viribus specialiter infecta.

CONTRA. Infectio originalis consistit in resistentia carnis ad animam, haec autem resistentia praecipue in actu generatiuae sentitur. ergo ipsa maxime infecta est.

Praet. Illud quod est causa alicuius, maxime participat illud: sed generatiua est causa infectionis originalis, quia per actum eius traducitur. ergo ipsa maxime infecta est.

RESPONDEO. Dicendum, quod infectio originalis peccati tribus attribuitur: quia inter partes animae attribuitur generatiuae, & inter sensus, tactui, & inter vires appetitiuas attribuitur concupiscentia. Cuius est ratio, quia originale peccatum est natura, ut dictum est. unde infectio eius ad illas potentias principaliter pertinet, quae aliquem ordinem habent ad actum, quo natura traducitur. actus autem ille duo habet, scilicet substantiam actus, & delectationem. delectatio autem ad sensum tactus pertinet. substantia vero actus virtuti generatiuae attribuitur sicut exequenti: sed virtuti concupiscentia, sicut imperanti, quia eius est tendere in id quod est conueniens, & delectabile secundum sensum: & ideo diuersis rationibus. his tribus viribus talis infectio praecipue ascribitur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod peccatum actuale, quod consistit in actu eius, qui peccat, & voluntate, non potest esse in illa parte quae rationi non obedit: nihil tamen prohibet quin in illa parte, quae principium naturalis operationis est infectio naturae saluetur. Sciendum tamen est, quod etiam actuale peccatum in generatiua esse dicitur, non quidem sicut in subiecto, sed materialiter: in quantum, scilicet concupiscentia actu generatiuae imperat.

Ad secundum dicendum: quod infectio generatiuae est infectio naturae. unde non oportet, quod ex ea relinquatur infectio peccati per actum eius in persona generante: sed solum in persona generata.

Ad tertium dicendum, quod in sensualitate etiam est infectio in quantum ordinat, & disponit actus generatiuae, sed in generatiua est immediate, & ipsa est immediatum principium traditionis naturae, sed verum est, quod infectio fomitis in sensualitate.

1. 2. q. 5. 8. ar. 2. Et Ma 10. q. 4. ar. 2.

Math. 1.

D. 3; 8.

ate principalis ostenditur, secundum qd infectio naturae...

DISTINCTIO XXXII.

A

Quomodo originale peccatum dimitatur in baptismo...

Voniā supra dictū est, originale peccatū esse vitium concupiscētia...

EXPOSITIO TEXTVS.

D quod dici potest, &c. Sciendum, qd Magister hoc soluit...

DISTINCTIO XXXII.

DIVISIO TEXTVS.

OSTQVAM ostendit qualiter originale peccatum trahatur...

concupiscētia, &c. Prima diuiditur in duas. In prima ostenditur...

Quod originale peccatum duobus modis dimitatur...

Vplici ergo ratione peccatum originale dicitur dimitti in baptismo...

QVAESTIO PRIMA.

Hic est duplex quaestio:

- Primo. Quomodo per baptismum originale diuinitus tollatur.
Secundo. De causa eius: vtrum etiam similiter diuinitus hoc sit...
Tercio. Vtrum originale concupiscētia in quibusdā maior, & in quibusdā minor inueniatur.

A RT.

Vtrum peccatum originale tollatur per baptismum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, qd per baptismum originale culpā non tollat. Priuatio. n. non tollit nisi ha-

119. 6. 69. m. 1. Et 4. 14. q. 2. ar. 1. p. Quodl. 11. 15.

119. 6. 69. m. 1. Et 4. 14. q. 2. ar. 1. p. Quodl. 11. 15.

119. 6. 69. m. 1. Et 4. 14. q. 2. ar. 1. p. Quodl. 11. 15.

grā ex rōne auerfionis a fine: & dispō quādā ad similitudīnē actū: quā actus peccati inducit, ex rōne cōuerfionis: & ex hoc ipso, qd grā priuatus est...

sequitur conditionē naturā, baptismus autē non purgat naturā, nisi quantum pertinet ad infectionem personae: & ideo illa dispō ex toto non tollitur...

Et li. 1. 6. tra. duas. ca. Ro. Pelag.

Cap. 13.

Qualis: concupiscentia enim, & si quodammodo ad maculam...

D. 648.

De faditate qua caro ex libidine contrahit...

Olet autem hic queri, utrum et ipsa caro in baptismo ab illa faditate purgetur...

Ad quintum, dicendum, quod sicut transiit reatus: ita etiam macula transiit...

ARTICULVS II.

Utrum poena peccati originalis debeat manere post baptismum.

3. p. 96. 69. arti. 2. Et 4. d. 4. q. 2. ar. x. q. 3.

Ad sextum, dicendum, quod etiam in peccatis actualibus contingit dispositionem peccati remanere...

Ad tertium, dicendum, quod generatio spiritualis efficacior est in eo ad quod ordinatur...

Ad quartum, dicendum, quod simpliciter loquendo melius esset hoi fomite carere...

Ad quintum, dicendum, quod quantumque de gratia baptismali in ba...

SED CONTRA. Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & c. & tamen illis loquitur...

Præter. Ex concupiscentia parentis proccedit originale in prolem, ut supra dictum est...

Respondens. Dicendum, quod peccatum originale est primo & per se infectio naturæ...

Ad primum ergo dicendum, quod si culpa deletur, etiam poena sibi respondens tollitur...

Ad secundum, dicendum, quod in omni effectu quod per se iustitia est: potentior est gratuita iustitia, quam originalis...

Ad tertium, dicendum, quod generatio spiritualis efficacior est in eo ad quod ordinatur...

Ad quartum, dicendum, quod simpliciter loquendo melius esset hoi fomite carere...

Ad quintum, dicendum, quod quantumque de gratia baptismali in ba...

In baptismo infundatur: nunquam tamen potest hoc efficere, ut ex toto tollat fomitem...

ARTIC. III. Utrum fomes inueniatur maior in uno quam in altero...

AD TERTIUM sic proceditur. Vt, quod fomes, & concupiscentia i quibusdam...

Respondens. Dicendum, quod peccatum originale est primo & per se infectio naturæ...

Præterea. Fomes nihil aliud dicitur, quam inordinate concupiscentia: sed ex naturali complexione vnus alio prior nascitur...

Respondens. Dicendum, quod si culpa deletur, etiam poena sibi respondens tollitur...

Ad secundum, dicendum, quod diuersitas complexionis est ex diuersa dispositione materię...

Ad tertium, quia etiam illa facultas, quæ ex consuetudine relinquitur...

Ad quartum, dicendum, quod alie passibilitates non sunt modo magis in homine...

SED CONTRA. Consequens naturam æqualiter inueniunt in omnibus habentibus naturam...

Præter. Aequalitas poenæ debet respondere æqualitati culpæ: cum ergo non sit maior culpa...

Respondens. Dicendum, quod cum corruptio fomitis sit per se infectio humanæ naturæ...

Præter. Magis supra dixit, quod si angelus primordio suæ creatiõis malus fuisset...

Ad secundum in infectionem personæ: in quantum potentia sua reatitudine carentes...

Qua iustitia animæ mundæ ex creatione illud peccatum imputatur: cum non possit uiuere.

Olet etiam queri, qua iustitia teneatur illo peccato anima innocens a Deo creata...

Respondens. Dicendum, quod diuersitas complexionis est ex diuersa dispositione materię...

Ad tertium, quia etiam illa facultas, quæ ex consuetudine relinquitur est in hoc...

Ad quartum, dicendum, quod alie passibilitates non sunt modo magis in homine...

Ad quintum, dicendum, quod alie passibilitates, ut mortalitas, & hmoi: non intenduntur...

Deinde queritur de causa originalis infectionis, & circa hoc queruntur tria.

Primo. Utrum a Deo sit. Secundo. Utrum diuinam sapientiam deceat...

Tertio. Utrum animæ ex sua creatione sint inæquales, ut Magister in litera dicit.

ARTICULVS PRIMVS. Utrum infectio peccati originalis sit a Deo.

PRIMUM sic procedit. Vt quod infectio originalis a deo sit. Anima enim creatur infunditur...

actu, qui in alio: & per hunc etiam modum fomes dicitur post baptismum...

Ad primum ergo dicendum, quod causa inducens originale peccatum, non est actualis delectatio...

Ad secundum, dicendum, quod diuersitas complexionis est ex diuersa dispositione materię...

Ad tertium, quia etiam illa facultas, quæ ex consuetudine relinquitur...

Ad quartum, dicendum, quod alie passibilitates non sunt modo magis in homine...

Ad quintum, dicendum, quod alie passibilitates, ut mortalitas, & hmoi: non intenduntur...

ARTICULVS PRIMVS. Utrum infectio peccati originalis sit a Deo.

PRIMUM sic procedit. Vt quod infectio originalis a deo sit. Anima enim creatur infunditur...

Ad primum ergo dicendum, quod causa inducens originale peccatum, non est actualis delectatio...

vt supra dictum est, in quantum quilibet vis naturaliter in sui obiectum tendit: ergo a Deo, qui est actor naturae, procedit.

¶ 5 Præter. Nihil est ordinatum ad bonum, quod a Deo non sit: sed fomes est promouens ad bonum: maximè secundum quod post baptismum remanet: ergo a Deo est.

Sed contra

Dama. dicit, quod Christus assumpsit quod in natura nostra placent: sed corruptio nem fomis non assumpsit: ergo fomes in natura nostra ab ipso non est.

¶ Præter. Aug. dicit, quod illud quo homo fit deterior, non potest esse a Deo: sed per infectionem fomis tota humana natura deteriorata est: ergo talis infectio a Deo non est.

Respondendum

¶ in infectione originalis peccati est consideranda ratio culpæ, & pœnæ. Culpæ siquidem ratione habet, in quantum ex voluntate inordinata primi parentis talis defectus cõsecutus est: vñ sicut actuale peccatum ipsius Adæ, quod voluntas eius deordinata est, non habet Deum auctorem: ita etiam nec ab ipso est totus defectus consequens, secundum quod ratione culpæ habet. si autem consideretur secundum quod deficit ab aliqua perfectione: sic pœna est: & huiusmodi pœnæ quidem Deus causa est. Sed sciendum est, quod non eodem modo est causa omnis pœnæ. Quædam enim pœna est per infectionem alicuius contrarii agentis, vel corruptoris, & talis quidem pœna est a Deo agente, a quo omnis actio, secundum quod ordinata est: & passio per consequens, principium sumit. omnis autem pœna cum iusta sit, ordinata est. Quædam vero pœna est, quæ simpliciter in ablatione, vel defectu consistit: sicut est subtractio gratiæ, & aliquid huiusmodi, & hæc quidem pœnæ a Deo sunt: non quidem sicut ab agente aliquid: sed potius sicut a non influente talem perfectionem, quia in ipso est influere, & non influere: & vniuersus sita voluntas causa est. Si ergo consideretur fomes, secundum quod est pœna, non dicitur aliquam pœnam infligam: quia super naturalia principia non supponit aliquid positive in homine: sed pertinet ad illud genus pœnarum: quod in solo defectu consistit, ex hoc enim cõcupiscentia, vel fomes inordinate inclinatur, quia subtractio est vinculi originalis iustitiæ inferiores vires in obedientiam rationis conuertens, & sicut hoc dicitur huiusmodi pœnæ Deus causa est, in quantum illam originalem iustitiam non conferre homini nato: quam primò homini creato contulerat.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod creatio dicitur licet si mul sint respectu aia: tñ differunt, quia creatio dicitur respectu ad principium a quo est aia: tñ: infusio vero dicitur respectu ad duo. scilicet principium a quo potest: & ad materiam quam perficit. cum ergo dicitur creatio maculatur: ablatiuus iste potest denotare habitudinem alicuius causæ, & sic falsa est: quia creatio aia non est causa, quod maculatur: nihil enim ex creatione aia habet, quod a Deo non sit, vel potest denotare concomitantiam. & sic vera est: quia dum creatur maculatur: ex quo tñ non sequitur, quod Deus macule auctor sit. Cum vero dicitur infusio maculatur: si ablatiuus cõcomitantiam designat absolute, vera est. Si autem denotet habitudinem causæ, duplex est, quia vel intel ligetur infusio esse causa maculæ: ex parte principii a quo: & sic falsa est. vel ex parte termini ad quem, & sic vera est.

¶ Ad secundum dicendum, quod non est simile de aia, & de angelis: angelus enim creatus est non ut forma alterius corporis: vnde non poterat ex parte materiæ defectus incidere: sed oportebat, quod si in principio creationis, peccati maculam habuisset: quod ex parte creatis esset: anima vero creatur, ut actus cuiusdam corporis, ex cuius coniunctione potest aliquam maculam contrahere, nec sequitur, quod macule illius Deus principium sit.

¶ Ad tertium patet responso per ea, quæ dicta sunt.

¶ Ad quartum dicendum, quod quàmvis ferri in delectabile car-

11.15.3

corruptione corporis inuitabiliter trahit: quia, ut ait Augustinus de ciuit. Dei. Non fuit corporis corruptio quæ aggrauat animam causa primi peccati: sed pœna. Nec caro corruptibilis animam peccatricem fecit: sed peccatrix anima carnem corruptibilem fecit.

Vtrum illud peccatum sit voluntarium, vel necessarium.

¶ Illud etiam non immerito queri potest vtrum peccatum originale debeat dici voluntarium, vel necessarium. Et necessarium potest dici, quia vitari non potest. Vnde Propheta. De necessitatibus meis erue me. Et voluntarium non incongrue appellatur: quia ex voluntate primi hominis processit. Vt Au-

nis sit de natura ipsius concupiscibilis absolute considerate: non tamen est de natura eius secundum, quod est humana, id est per rationis iudicium nata ordinari, & præcipue secundum hoc, quod in natura humana potuit esse talis perfectio in ratione, qua concupiscibilem penitus ordinaret: & ideo quando præter ordinem rationis in sui obiectum fertur, ex defectu quoddam contingit: & causa istius defectus, in quantum culpæ ratione habet: ex Deo non est, ut dictum est.

¶ Ad quintum dicendum, quod fomes per se in malum inclinatur: sed in bonum promoueat, hoc est per accidens, vnde non sequitur quod quilibet modo consideratus ex Deo sit, quia ex quolibet malo aliqua bona per accidens proueniunt.

¶ Quare Deus animam corpori coniunxit, sciens eam inde maculari: & ideo damnari.

¶ I vero queritur: cur Deus, qui fecit animam ipsam sine macula: & scit eam ex corporis coniunctione maculam peccati, contrahere: & aliquando ante baptismum coniungi ab ipso corpore; & sic dñari: eam corpori coniungit. Rñdemus ex altitudine iudiciorum Dei id prouenire, nec iniuste hoc a Deo fieri. Ipse

quo macula contrahit. Nullus sapiens ponit thesaurum suum in loco, in quo inquinat, sed aia pecciosissimus thesaurus Dei, est imagine Dei insignita. ergo non decet diuinam sapientiam, ut tali corpori infundatur ex quo maculam contrahat.

¶ 2 Præter. Si Deus aliquem in inferno poneret sine propria culpa, non esset decens iustitiæ eius, & sapientiæ: sed ex hoc, quod aia ex infusione maculatur, reatum infernalis pœnæ incurrit. ergo non decet Deum, ut tali corpori eam infundat.

¶ 3 Præter. Infectio spiritalis est peior quam corporalis: sed cõsulitur infectis lepra corporali, ut a coitu abstineant, ne filios infectos generent. ergo & multo fortius & Deus instituitur debuit, ut hoies a carnali opere cessarent: ex quo per coitum genitos maculam originalis culpæ contrahere necesse est.

¶ 4 Præter. Nullus artifex faciens, facit tale opus ex quo sua intentio perfici non potest: sed finis propter quem Deus fecit hominem est, ut eius beatitudine perficiatur. cum ergo per hoc, quod anima tali corpori infunditur reatum incurrat, ut visio ne caret Dei: videtur, quod hoc sapientiam Dei non decet.

¶ 5 Præter. Ut fulgentius dicit Deus illius rei non est auctor, cui non est auctor. ergo eadem ratione illius rei non est auctor ex qua de necessitate consequitur hoc cuius est vltor: sed ex vnioune animæ ad tale corpus, de necessitate sequitur infectio originalis culpæ, cuius Deus est vltor. ergo tali corpori animam vnire Deum non decet.

Sed contra. Non est decens, ut Deus opera sua mutet: sed Deus sic instituit, ut homines per sexuum commixtionem generarentur: & quod corpori per coitum seminato, anima infundatur. ergo non decet ut Deus hoc mutaret.

¶ Præter. Non est sapientis inducere maiorem defectum, ut minor defectus vitetur: sed maior defectus esset si humanum genus non multiplicaretur: per cuius multiplicationem electorum numerus impletur, quod puer in culpa originali nascitur. ergo non decet Deum, ut multiplicationem naturalem humani generis cessare faciat ad originalis peccati infectionem vitandam.

Respondendum. Dicendum, quod sicut bonum generis diuinitus est quàm bonum vnius hominis, ut in primo Ethicorum dicitur: ita etiam bonum vniuersi præpoller bono particulari rei, & specialis naturæ: vnde etiam defectus in vniuersum redundans deterior est. Si autem humani generis naturalis multiplicatio tolleretur, in defectum totius vniuersi redundaret, quia vel subtraheretur natura aliqua de vniuerso, quæ ad perfectionem vniuersi confert, vel etiam alicui parti vniuersi sua naturalis perfectio tolleretur, secundum quod vnumquodque natum est sibi simile generare, & vtrunque in defectum vniuersitatis redundaret: & ideo non debuit intermitteri humanæ generationis processus naturalis:

De dup. p. de lib. 1.

Cap. 2.

tiatur infectio originalis vitaretur. Et præterea iste est ordo naturalis in rebus, ut posteriori remoto, id quod prius est remaneat, nec ad eius remotionem tollatur, sicut quando remouetur vitium remanet esse: ut in libro de causis dicitur. Bonitas autem naturalis præexistit omni superaddite bonitati, & acquiritur, & gratis collatur. vnde subtrahatur illa bonitate quam Deus humana naturæ gratia contulerat. scilicet originalis iustitia: non congruit ordini quæ diuina sapientia rebus instituit, ut aliquid eorum quæ ad naturalem bonitatem pertinent immutetur, & præcipue est remaneat in natura facultas ad recuperandum illud quod perditum est, vel aliquid eo excellentius.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod si cut non esset sapiens qui thesaurum in loco mundo construibilem, in immundo reponeret: ita esset valde insipiens, qui thesaurum non aliter conservabilem, non etiam in immundo loco collocaret, & præcipue si emendandi thesaurum possibilitas remaneret: dico etiam, quod anima habet talē naturam, ut tali corpori vnias. vnde si tali corpori non vniretur, oporteret, quod vel oino anima non crearetur: vel quod alterius naturæ esset: & sic hoc natura non esset. vnde cõstat, quod hanc naturam conseruari possibile est nisi per hunc modum.

¶ Ad secundum dicendum, quod pœna inferni est duplex, quædam est, quæ pro peccato actuali debetur: & ista est corruptio alicuius boni, quæ etiam ex naturalibus principijs naturæ humanæ consistit: vnde iniustus esset, ut aliquis talē pœnā subiret nisi per hoc, quod pro culpa illam meruisset: quædam vero pœna est originali debetur: quæ nihil subtrahit eorum, quæ naturæ ex principijs suis debentur: sed aliquid humanæ facultatem excedens tollit: ad quod in ordinata erat per aliquod naturæ gratis collatum: vnde nulla iniuria isti homini fit, si non sibi datur quod suæ naturæ non debetur, sed quod eam accepit.

¶ Ad tertium dicendum, quod lepra est corruptio illius boni quod principia naturæ consequitur, & sanari non potest: sed originalis infectio est corruptio illius boni quod principia naturæ non sequitur: vnde iniustus esset, & ideo non est similis ratio de vtroque.

¶ Ad quartum dicendum, quod hoc Deus creaturam facit, ut vna queque de sua bonitate participet quantum possibile est, meliusque est, ut in aliquem modum participet quàm nullo modo. Dico ergo, quod quàmuis illi, qui in peccato originali nascuntur: sint obnoxij, ut priuentur illa participatione diuine bonitatis, quæ beatos efficit in patria: tamen participant, & facultatem participandi habent in modum, qui possibilis naturæ est in suorum principiorum conditionem. vnde patet, quod non penitus deficit opus Dei a fine in quem ordinatum est, & precipue cum veniendi in vltiorem participationem facultas non tollatur.

¶ Ad quintum dicendum, quod originali culpæ debetur pœna in hoc, quod culpa est: & hoc non habet ex vnioune anime ad corpus: sed ex voluntate primi parentis, quod culpa sit: vnde quàmuis Deus animam corpori vnias, non sequitur, quod sit causa illius cuius vltor est.

Articulus III.

Utrum anima sint æquales in sui creatione.

¶ Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod anime ex sui creatione non sint æquales. Differentia formalis diuersificat speciem: sed anima est forma corporis: cum omnes ergo homines vnius sint speciei, videtur, quod ex parte anime nulla sit differentia in hominibus.

¶ In quibusdam queri solet: vtrum anima talis sit ante baptismum, qualis a Deo creatur. Quod non esse probare conatur hoc modo: anima in corpore creatur:

¶ An anima sit talis, qualis a Deo creatur.

¶ In a quibusdam queri solet: vtrum anima talis sit ante baptismum, qualis a Deo creatur. Quod non esse probare conatur hoc modo: anima in corpore creatur:

¶ An anima sit talis, qualis a Deo creatur.

¶ In a quibusdam queri solet: vtrum anima talis sit ante baptismum, qualis a Deo creatur. Quod non esse probare conatur hoc modo: anima in corpore creatur:

¶ An anima sit talis, qualis a Deo creatur.

¶ In a quibusdam queri solet: vtrum anima talis sit ante baptismum, qualis a Deo creatur. Quod non esse probare conatur hoc modo: anima in corpore creatur:

¶ An anima sit talis, qualis a Deo creatur.

¶ In a quibusdam queri solet: vtrum anima talis sit ante baptismum, qualis a Deo creatur. Quod non esse probare conatur hoc modo: anima in corpore creatur:

¶ An anima sit talis, qualis a Deo creatur.

¶ In a quibusdam queri solet: vtrum anima talis sit ante baptismum, qualis a Deo creatur. Quod non esse probare conatur hoc modo: anima in corpore creatur:

¶ An anima sit talis, qualis a Deo creatur.

¶ 2 Præter. Gregorius dicit, quod omnes homines sunt natura pares: sed dignitas rei præcipue attenditur in formam suam. si ergo vnus homo habet animam ex creatione anima alterius nobiliorem, vnus homo etiam secundum naturam alii præponetur. quod est contra auctoritatem inducendam.

¶ 3 Præter. ut in secundo de generatione dicitur. Idem semper est natum facere idem, vnde oportet, quod agente vniformi sit effectus vniformis: sed anima immediate a Deo creatur: cū ergo in Deo nulla sit diuersitas, videtur, quod anime inæquales ex creatione non sint. Si dicitur, quod quàmuis non habeat diuersitatem ab agente, hñt tñ ex materia.

¶ 4 Contra forme quæ secundum diuersitatem materiæ diuersificantur de potentia materiæ educuntur, ut in formis corporalibus patet: sed anima rationalis non educitur de potentia materiæ: quia vñ in 16. de animalibus dicitur intellectus est ab extrinseco. ergo nec etiā ex diuersitate materiæ in æqualitatem in aibus esse potest.

¶ 5 Præter. in 3. Meta. Phylosophus dicit, quod in indiuiduis vnius speciei non est prædicatio secundum prius, & posterius: sed in diuersis speciebus contingit esse huiusmodi prædicationem: ut scilicet genus de eis in prius & posterius prædicetur, tunc autem præcipue videtur, quod species per prius generis prædicationem recipiat, quādo nobilior forma, vel differentia naturam generis participat. ergo in indiuiduis hoc non contingit, ut vnus homo nobiliorem formam, quā alius possideat: ergo videtur, quod nec vnus homo animam ex creatione nobiliorem habeat quā alius.

¶ Sed contra. In 1. de anima Commentator dicit, quod diuersitas materiæ ex diuersitate forme procedit, sed videmus in hoibus ex parte corporis magnam diuersitatem secundum quam vnus alio ad bonum & malum promptior est, ut patet in diuersis hominum complexionibus. ergo oportet, quod eorum anime ex sua creatione diuersitatem habeant.

¶ Præter. Videmus ad sensum, quosdam homines esse melioris intellectus, quàm alios: sed bonitas intellectus non potest causari ex parte corporis, quia intellectus a corpore absolutus est, ut in 3. de anima probatur. ergo oportet, quod hoc contingat ex diuersitate quam anime sua creatione habent.

¶ Respondendum. Dicendum, quod de anima & angelo est duplex opinio. Quidam enim dicunt animam & angelum ex materia & forma compositum, vel ex aliquibus duobus, quæ sunt partes essentiæ eius, & in hoc potest forte aliquis modus inueniri quo assignatur dñia aiarum & angelorum, ut sint plures in specie vna, etiam ex seipsis, quia vnitas speciei erit ex principio formali in ipsis. diuersitas autem in indiuiduorum est ex diuersitate materiali principij: & ex hac etiā potest in eis gradus quidam nobilitatis attendi, & hoc videtur verba Magistri sonare, qui dicit eo modo in animabus esse differentiam, quo etiam in angelis est, sed quia supra dictum est in aliam opinionem, quia anima & angelus naturæ simplices sunt, & non est in eis compositio, nisi ex esse, & quod est, ideo oportet, quod quæcunque dñia in eis est ex seipsis, quod sit dñia formalis, & speciei diuersitatem inducens, & propter hoc etiam tatum est, quod in angelis tot sunt spēs, quot indiuidua: & ideo non est possibile ut diuersitas animarum ponatur ad modum illius quo distinguuntur gradus in natura angelica, cum omnes anime rationales vnius speciei sint, differunt autē numero solo. ois aut talis diuersitas ex materia causatur, & ideo cum aia non habeat materiā parē sui: oportet, quod diuersitas & distinctio gradus in aibus causetur ex diuersitate corporis, ut quanto corpus melius complexionatū fuerit, nobiliorem animā fortiarur: cum omne quod in aliquo re-

Tex. 13.

Tex. 11.

Com. 53.

Tex. 19. 10.

D. 177.

Secundus Sent. S. Tho. Q. 4. cipitur

capitur per modum recipientis sic receptum: & hoc quidem du- plici signo patet. Primo ex his, quae diuersi generis sunt: quia vnumquodque inuenitur tanto nobilius genus animae partici- pare, quanto corpus eius ad nobilissimum genus complexionis per- tingit, vt in hominibus, brutis, & plantis, vnde etiam in his, quae sunt vnius gene- ris, ex hoc contingit diuersitas animarum, quod est in corpori- bus diuersis: & hoc etiam patet ex signo boni intellectus: quod Philosophus in Secundo de anima dar- itelligere, dicens: eos qui sunt boni tactus, & molles carne, ap- tos mente esse, bonitas autem tactus ex aequalitate comple- xionis contingit: quae oportet vt instrumentum tactus inter con- traria tangibilia sit medium: & quanto magis peruenit ad medium, tanto melior erit tactus. vnde patet, quod ex diuer- sitate corporis, ani- marum diuersitas re- sultat.

C An anima ex creatione sint aequales in donis naturalibus.



Llud quoque non incō- grue quæri solet: vt rō omnes animæ ex crea- tione aequales sint: an aliis excellentiores. Pluribus non ir- rationabiliter videtur: quod ex ip- sa creatione aliæ aliis excellant in naturalibus donis: vt in essen- tia: alia aliis sit subtilior: & ad intelligendum memorandū: quod habilior: vt pote, acutiore inge- nio, & perspicaciori intellectu prædita. Quod non improba- biliter dicitur, cum in angelis ita fuisse constat, & licet natu- ralibus donis aliæ præ aliis pol- leant: tamen ante baptismum a corpore discedentes, parem pœ- nam, & post baptismum itam æqualem coronam fortiuntur: quia ingenii acumen vel tardi-

A D PRIMVM ergo dicitur, quod diuersitas formalis est duplex. Quædam, quæ est forme per se

secundum id quod ad rationem forme pertinet: & talis diuersitas forme, diuersitatem speciei inducit. Est autem quædam diuersitas forme non per se, sed per accidens ex diuersitate materię resultantis, secundum quod, in materia melius disposita di- gnus forma participatur: & talis diuersitas speciem non diuer- sificat: hæc est diuersitas animarum.

A Ad secundum, dicendum, quod Gregorius loquitur de pari- tate & imparitate, quæ attenditur secundum dominium & subiectionem: quia vnus homo ex natura sua non habet, quod dominetur alii. vnde patet, quod non est ad propositum.

A Ad tertium, dicendum, quod quæuis Deus sit vnus agēs, in quo nulla est diuersitas: tamen quia per voluntatem agit, po- test multimodis effectus producere pro libito suæ voluntatis: sed hoc esse non potest, quod aliqua in specie conuenientia, in forma habeant diuersitatem: quia hæc contradictionem impli- cant, & ideo oportet, quod diuersitas, quæ est in animabus eius- dem speciei, in diuersitate materię reducatur.

A Ad quartum, dicendum, quod quæuis anima rationalis nõ educatur de potentia materię: tamen creatur in materia, vt ac- tus ipsius: & ideo oportet, quod in ea per modum materię recipiat.

A Ad quintum, dicendum, sicut ad primum.

A Ad sextum, dicendum, quod diuersitas materię potest accipi dupliciter, vel diuersitas partium speciei, id est partium specie differentium: siue formaliter, vt manus, pes, & huiusmodi. & ta- lis diuersitas causatur ex parte forme, quia ex hoc, quod forma est: talis oportet, quod corpus sit sibi sic dispositum. est autem quædam diuersitas materialis tantum, quæ ad speciem nõ per- tinet, sed ad individuum tantum, & ista redundat ex materia in formam: & non e conuerso.

A Ad septimum, dicendum, quod quæuis intellectus sit abso- lutus a corpore, quantum ad propriam operationem, quæ cor- porali organo non expletur: tamen coniunctionem habet ad corpus dupliciter, scilicet ex parte essentię animæ, quæ forma corporis est: & ex parte inferiorum potentiarum, ex quibus in- tellectus recipit: & per istum modum diuersitas corporis in di- uersitate intellectus redundat.

EXPOSITIO TEXTVS.



T post dominari non valcat &c. videtur ex hoc, quod ali- quis eundo post concupiscentias, dominum origina- lis peccati reuocet: & ita ex actuali peccato culpa originalis redit. Sed dicitur, quod peccatum actuale dupliciter dominium concupiscentię reuocatur, tum, quia gra- tia tollitur, quæ impetum concupiscentię mitigabat, tum, quia per

peccatum actuale pronitas in peccatum augetur: neutro autem modo originale redit: vt ex prædictis patet: quia, & si gratia subtrahatur: non tamen per actum originis: vnde non origina- lis macula: sed actualis consequitur: similiter etiam nec ex hoc, quod pronitas per consuetudinem augetur: quia hoc non perti- net ad id quod natu- ræ est, quæ per se origi- nale respicit: sed per- sonæ consequitur ex actibus personalibus: reli- quæ præterea reatu, & maneat actu &c. actus nõ sumitur hic pro operatione: quia sicut originale pecca- tum in actu non con- sistit: sed per modum quo actus contra po- tentiam diuiditur, vt id quod iam præsens est, actu esse dicitur: sicut ceteras in actu esse dicitur, quæ actu cæcus est. Quibusdã videtur, quod sicut ani- ma, &c. vtraque opi- nio vera est. Im ali- quid intellectus: quia si accipitur pollutio- carnis, quantum ad hoc quod personam respicit, sic in baptis- mo mundatur: vt in illa per illam pollutionem anima illius hominis infici non possit, in- quantum vero respicit

tas, præmium vel pœnam in fu- turo non collocat.

DISTINCTIO XXXIII.

A

An peccata omnium precedentium, patrum paruuli originaliter tra- bant, ut peccatum Adæ.



Rædictis adiciendum videtur: an peccata præ- cedentium patrum ad paruulos transeant, sicut illud primi hominis delictum in om- nes carnaliter genitos diximus reduciisse. Et si peccata paren- tum transeant in paruulos, vt rō omnium qui fuerunt ab Adam vsq; ad ipsos: an aliquorum, & nõ oïum. De hoc Aug. in Ench. ambigue differit. Videtur enim approbare peccata parentum precedentium imputari par-

naturã: sic non purgatur, quia infectio illa in plem ex actu- naturæ propagatur. Non tñ, vt aiunt sic præiudicia verita- tis &c. verum est, si intelligatur de veritate fidei: quia contra- rium fidei non est: tamen est contra veritatem: quam ratio ad- inuenire potest, & experientia docet. Quia cum infunditur corpori delectatur carni &c. hoc non potest esse, quia illa de- lectatio aut diceret operationem aliquam, & sic effect peccatum actuale, vt Magister dicit: aut diceret naturalem inclinationem, qua anima corpori coniungitur, & in hoc non potest esse pecca- tum, quia quod naturale est, malum esse non potest.

DISTINCTIO XXXIII.

DIVISIO TEXTVS.



OSTQVAM determinauit de peccato origi- nali quantum ad principium, & quantum ad ter- minum, ostendens quomodo a parentibus contra- hatur: & quomodo per baptismum dimittatur. Hic determinat de eo, quatuor ad numerum, inquit: vt rō originale sit vnus, vel multa. Et diuiditur in duas. In prima in- quirat si peccatum originale sit vnus, quasi ex vno peccato cau- satum & indutum: an multa: quasi ex peccatis omnium præce- dentium parentum relictum. & ostendit, quod ex peccato primi parentis inducitur tantum. In secunda inquit, si ex peccato xi- morum parentum aliqua pœna in filios redundet, ibi. Et he- cet peccatis parentum &c. prima diuiditur in duas. In prima ostendit, quod ex solo peccato primi parentis tota posteritas origi- nali inficitur. In secunda inquit de illo peccato primo, cuius modi fuerit, ibi. Hic quæri solet: vt rō peccatum &c. prima diuiditur in tres. In prima mouet questionem. In secunda in- ducit probationem ad partem falsam, ad ostendendum peccata precedentium parentum in paruulos transire, ibi. De hoc Au- gust. in Enchiridion &c. In tertia inducit ad partem veram, ibi. Deinde de parentum præcedentium peccatis, quod aut pecca- tum originale ex pluribus peccatis causetur: & non ex vno tantum primi parentis, tripliciter in secunda parte ostendit. primo ex auctoritate Exodi. 20. Ego sum Deus &c. Secundo ex hoc, quod in scriptura originale pluraliter significat, ibi. Et ex non illud solum &c. Tertio ex multiplicitate peccati ipsius Adæ, ibi. Quia vero in actuali &c. Deinde de parentis &c. Hic inducit ea quæ sunt ad contrariam partem. Et primo osten- dit, quod etiam ea quæ prædicta sunt ab Augustino, per modum du- bitationis tradita sunt. Secundo ostendit, quod etiam eius senten-

tiã

tiã

nie contradiceret: si ita poneretur, ibi. Alioquin sibi contradi- ceret &c. Vbi etiam ioluit ea, quæ pro parte alia inducun- tur, ibi. Quæri solet &c. Hic inquit, quale fuerit illud Adæ peccatum, quod totam humanam naturam infecit. Et di- uidit in partes duas. In prima inquit de grauitate eius, vt rō, ceteris pecca- tis grauius fuerit. In secunda inquit de remissione ipsius, vt rō, ceteris par- tibus remissum sit, ibi. Si vero quæritur: an id peccatum &c. Circa primum tria facit. Primo mouet questionem. Se- cundo inducit quæ- dam opinionem, & probationem eius, ibi. Quod quibusdã ita esse vt &c. In tertia inducit so- lutionem illius so- lutionis. ibi. Ad quæ dicitur potest &c. Et licet peccatis parentis &c. Ostendit, quod pec- cata proximorum pa- rentum in filios nõ redundant, quæcum ad infectionem ori- ginalis macule. Hic inquit: vt rō in eos redirent aliquo modo, quantum ad al- quam pœnam. Et diui- ditur in partes duas.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod non sit vnus actus voluntatis, qui est de fine, & de eo quod est ad finem. Actus enim omnes distinguuntur secundum obiecta, vt 2. de anima dicitur. Finis vero & quod est ad finem, sunt diuersa obiecta. ergo & motus voluntatis sunt diuersi, q. in ea ferunt. ¶ 2. Praeter. Non est idem in specie motus, qui est ad vltimum terminum, & qui est ad medium, vt in 1.0. Ethic. dicitur. Sicut qui est ad nigredinem, & qui est ad pallorem ab albedine: sed illud quod est ad finem, est sicut medium per quod itur in finem quasi in vltimum terminum. ergo non est idem motus voluntatis, qui est finis, & eius quod est ad finem. ¶ 3. Praeter. Actus voluntatis sequitur actum intellectus: sed non eadem est cogitatio de fine, & de eo quod est ad finem. ergo nec idem voluntatis motus. ¶ 4. Praeter. Contraria non possunt eidem simul inesse: sed in eo, qui vult dare elemosynam propter vanam gloriam, voluntas quae est finis, est mala, & quae est eius, quod est ad finem, est bona. ergo non est idem actus voluntatis vtrouique. ¶ 5. Praeter. Philosophus dicit, vbi vnum propter alterum, vbi vnum tantum: sed illud quod est ad finem desideratur propter finem. ergo vnum desiderium est finis, & eius quod est ad finem. ¶ 6. Praeter. Non contingit potentiam esse in duobus actibus simul: sed simul aliquis vult finem, & illud quod est ad finem. ergo non est alius motus voluntatis, qui est in vtrouque. ¶ 7. Respondens. Dicendum, quod quando aliquid dicitur, secundum relationem ad alterum, potest dupliciter considerari. vel secundum quod est res quadam in se absolute, & sic non est eadem consideratio eius, & illius ad quod dicitur: sed diuisim vtrouque consideratur, vel secundum quod ad alterum dicitur, & hoc modo eadem est consideratio vtriusque, quia qui nouit vnu relatiuorum nouit & reliquum, sicut in pdicamentis dicitur: sicut si aliquis considerat imaginem, prout imago est alicuius rei, eadem consideratio erit imaginis, & eius cuius est imago. Si autem consideretur imago, in quantum est res quaedam, vt figura depicta in lapide: alia consideratio erit imaginis, & eius cuius est imago. ita etiam dico de eo, quod est ad finem, quia quaedam sunt, quae quaeruntur propter finem, quae nihilominus habent in se, vnde desiderantur, & in talia potest voluntas ferri dupliciter.

¶ ceter. vel secundum quod ea propter finem quaerit, & sic idem est actus voluntatis, qui est in finem, & in illud quod est ad finem, vel secundum quod ipsa sunt quadam res per se desiderabiles, & sic est alia voluntas de vtroque, sed quadam sunt, quae non desiderantur, nisi in relatione ad finem, vt scio & vltio, quae in se mala sunt: & in talibus nunq. differre motus voluntatis, secundum quod voluntas fertur in ista, & in finem eorum: quia in ea voluntas non fertur, nisi prout consideratur sub relatione ad finem.

¶ Ad alia intentio sit voluntas.

¶ Sed quaeritur vtrum, & intentio talis sit voluntas, & si voluntas est, an in hoc opere sit vna, atque eadem voluntas qua volo habere vitam aeternam, & qua volo reficere esurientem. Videtur nempe talis intentio esse voluntas, vt enim voluntas est, qua volo reficere pauperem: ita & voluntas est, qua per istud volo habere vitam, & alia quidem videtur esse voluntas, qua volo habere vitam, & alia qua pauperi subuenire volo: sed ista ad illam refertur. Nam & si hoc ita placet.

id quod est ad finem, non est terminus eius: & ideo non oportet, quod sint ibi duo motus: sicut est etiam vnus motus continuus, qui de extremo in extremum per media transit, nisi medio vt termino in medio quiescendo vtratur.

¶ Ad tertium dicendum, quod etiam cogitatio de eo quod est ad finem prout consideratur in ordine ad finem, est eadem cum cogitatione finis. non autem cogitatio de eo quod est ad finem, vt est res quadam, & similiter nec voluntas.

¶ Ad quartum dicendum, quod cura aliquis vult dare elemosynam propter inanem gloriam, hic est vnus actus voluntatis, & hic actus totus malus est, licet nunquam ad omne id quod in eo est malitiam habeat. vnus. n. particularis defectus sufficit ad hoc, quod aliquid simpliciter malum dicatur. sed verum est, quod si vellet hoc, quod est dare elemosynam, vt rem quadam non in ordine ad talem finem, actus ille, voluntatis esset bonus, & esset alius actus voluntatis ab eo, quod vult vanam gloriam.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum voluntas iudicanda sit recta ex fine.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod voluntas, non sit iudicanda recta ex fine. Contingit enim aliquod malum propter bonum velle, sicut qui vult furari, vt elemosinas det: sed talis voluntas mala est: & tamen finis voluntatis est bonus. ergo ex fine non iudicatur rectitudo voluntatis.

¶ 2. Praet. Contingit quod aliquis faciat aliquid paruum, intendens magnum facere, sicut aliquis dans obolum, si intendat habere tantam mercedem: sicut si daret centum marchas, non autem sequitur, quod tantum bonum faciat, quantum est finis quem intendit. ergo ex fine non mensuratur rectitudo voluntatis.

¶ 3. Praeterea. Omnia bona appetunt, vt dicitur in 1. Ethic. si igitur voluntas dicenda est recta ex voluntate finis, omnis voluntas erit bona.

¶ 4. Praet. Ad hoc quod aliquid bonum dicatur, oportet quod omnia perficientia rem in bonitate concurrat, quia bonum est ex vna & tota causa, vt Dionys. dicit. sed bonitas actus causatur ex habitu, ex circumstantijs, & ex fine. ergo non potest sufficere ex fine iudicari voluntatis rectitudo.

¶ 5. Praet. Ex eodem iudicatur rectitudo alicuius actus, ex quo mensuratur bonitas eius: sed bonitas actus praecipue, quae est in virtute merendi, mensuratur ex radice, quae est habitus actum eliciens. ergo rectitudo voluntatis, potius iudicatur ex habitu, qui est principium actus, quam ex fine.

¶ 6. Respondens. Dicendum, quod vnus motus recipit speciem ex termino: sed terminus actus voluntatis est finis. ergo ex bonitate finis

finis iudicandus est bonus actus voluntatis. ¶ Praeterea. Actus recipit speciem a forma agentis. Vnde secundum diuersas formas, diuersificantur actiones in specie, sicut calefacere & infrigidare: sed forma voluntatis est finis, quod est appetibile sicut intelligibile est forma intellectus. ergo secundum bonitatem & malitiam finis, dicitur actus voluntatis bonus & malus.

RESPONDEO. Dicendum, quod actus voluntatis potest ferri in finem dupliciter. vel immediate in ipsum finem, & sic actus voluntatis manifeste bonitatem, & malitiam ex fine habet, quia velle bonum finem est bonum, & velle malum finem est malum, bonitas enim finis, non dependet ulterius ex aliquo alio, sicut bonitas eius, quod est ad finem dependet ex fine, & talis actus proprie dicitur voluntas finis, vt velle beatitudinem. Alio modo fertur actus, in finem mediante eo quod est ad finem, & hoc proprie dicitur intendere finem, & tunc distinguendum est, quia in malis absolute. dicendum est, quod actus habet malitiam ex fine, quia si finis intentus est malus voluntas mala est, quia runcetq. sit bonum illud, quod ad talem finem ordinatur, eo quod vnus particularis defectus, sufficit ad malitiam. in bonis autem distinguendum est, quia aut loquimur de fine volentis, aut de fine actus voluntatis. Et dicitur finis volentis quem volens sibi praestituit, & tunc non sequitur si finis est bonus, quod voluntas sit bona, quia potest esse id quod est vltimum malum, & vnum tantum sufficit ad malitiam voluntatis, siue finis sine vltimum sit malum, & quis vno modo sit idem actus voluntatis, qui fertur in finem, & in id quod est ad finem: tamen intentio nominat illum actum, secundum ordinem actus ad finem: sed voluntas nominat actum eundem, secundum ordinem ad obiectum proximum, quod in finem ordinatur: & ideo in tali casu voluntas est mala: sed intentio bona. finis autem dicitur ad quem actus proportionatus est: & ita etiam si finis est bonus, & actus bonus, quia actus malus non est proportionatus ad finem bonum. Vnde dicitur Philosophus in 5. Ethic. de his, qui per malos actus bonos fines consequi intendunt, quod quaerunt fortiri finem inconuenienti medio. sicut enim non quaeritur materia est disposita, ad quamlibet formam, nec quodlibet instrumentum ad quemlibet effectum, nec quodlibet medium, ad quemlibet conclusionem emittit nec quilibet actus, ad quemlibet finem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod quando aliquid vult malum propter bonum, illud bonum non est finis actus voluntatis secundum se considerati: sed est finis a volente inordinate praestitutus, & hoc etiam modo dicendum est ad secundum, quia in malis simpliciter tenet, quod quantum malum quis intendit tantum peccat in bonis autem non tenet, si intelligatur de fine volentis: sed solum si intelligatur de fine actus.

¶ Ad tertium dicendum, quod quodammodo voluntas bonum appetat: non tamen appetit semper, quod est vere sibi bonum: sed id quod est apparet bonum, & quamuis omnis homo beatitudinem appetat: non tamen quaerit eam in eo, vbi est vera beatitudo, sed vbi non est: & ideo quaerit ad eam peruenire, non per rectam viam, & propter hoc non oportet, quod omnis voluntas sit bona.

¶ Ad quartum dicendum, quod ex circumstantijs dicitur actus

cet vt in eo, cum aliqua delectatione voluntas acquiescat: non dum tamen est illud quo tenditur: sed hoc ad illud refertur, vt illud putetur tanquam patria ciuis. Istud vero tanquam refectio, vel mansio viatoris. & sunt istae voluntates affectus, siue motus mentis, quibus quasi gressibus, vel passibus tenditur ad patriam. Sicut ergo altera est voluntas videndi fenestras, vt supra docente Augus. didicimus, altera quae ex ista necitur voluntas. s. per fenestras videndi transeuntes: ita nonnullis alia videtur esse voluntas elemosynas dandi pauperi, alia voluntas habendi vitam. alij autem putant, quod vna sit voluntas, & hic & ibi: sed propter subiectorum multipliciter, diuersitas memoratur voluntatum. Ceterum quodlibet horum, verum sit illud nulli in ambiguitate venit, quin voluntas ex suo fine pensetur, vtrum sit recta, an praua, peccatum an gratia, & quin nomine intentionis aliquando finis, aliquando voluntas intelligatur.

Magister infra in solutione hoc verbum non exponit. ¶ Finis vero voluntatis est, vel illud &c. ¶ Quia omne bonum rationem finis habet. bonum autem obiectum est voluntatis: ideo quodlibet vltimum, quod est obiectum voluntatis, finis potest dici: sed magis dicitur finis proprie illud, in quod vltimo voluntas tendit, quia hoc est ab ea primo vltimum: & ideo in 3. Ethic. dicitur, quod voluntas est finis electio vero eorum, quae sunt ad finem. ¶ Intentio includit &c. ¶ Intentio proprie loquendo actus voluntatis significat, vt dictum est, sed finem non significat, nisi materialiter nomen sumatur, vt. sumatur intentio pro re intenta, sicut & fides sumitur pro re credita. ¶ Finis vero voluntatis &c. ¶ Delectatio dicitur bona, quae consequitur operationem bonam, & mala quae consequitur malam, vt ex 1.0. Ethic. patet. ¶ Intentio ad illud respicit, per quod volumus &c. ¶ Intentio. n. includit actum rationis: & ideo respicit ad id, ad quod aliquid ordinatum est: sed voluntas nominat actum voluntatis absolute, cuius non est ordinare vel conferre: & ideo voluntas respicit id, in quod immediate fertur. ¶ Et alia quidem videtur voluntas &c. ¶ Quomodo sit eadem, & quomodo alia, dictum est. vnde de vtraque opinio secundum aliquid veritatem habet.


bonus, secundum quod circumstantia faciunt actum, proportionatum ad finem debitum: & ideo principaliter bonitas actus ex fine pendet. ¶ Ad quintum dicendum, quod in habitu includitur rectitudo finis, quia ad virtutem, vt Philosophus in 2. Ethic. dicit, exiguntur tria. Primo quidem si sit sciens: deinde si volens propter bonum, in quo includitur ordo ad finem, tertium si firme, & immutabiliter operatur: & ideo si bonitas actus procedat ex habitu, non remouetur, quin iudicetur ex fine.

DISTINCTIO XXXIX.

Cum voluntas sit de his, quae naturaliter homo habet. quare peccatum fore dicatur, cum nullum aliud naturale peccatum sit?

¶ Ica autem oritur questio satis necessaria, ex superioribus causam trahens. dictum est. n. supra, voluntatem inesse naturaliter homini, sicut intellectus & memoria. quae autem homini naturalia sunt quantumcumque vitientur, bona tamen esse non desinunt. Quoniam non valet vitium bonitatem, in qua Deus eam fecit, penitus consumere. vt verbi gratia. Intellectus vel ratio, & ingenium ac memoria, & si vitijs peccatis obnubilentur, & cor rumpantur, bona tamen sunt, nec peccata nominantur. Sicut Augus. de ratione, quae est imago Dei, in qua facti sumus euidenter ostendit in xv. lib. de trinitate. inquit, imago in qua homines sunt creati, quae ceteris animalibus praesunt, quae creatura in rebus creatis excellens

EXPOSITIO TEXTVS.



Hic intelligendum est, si refertur ad ream voluntatem, quasi ex se ordinare ad illam: ita quod recta voluntas sit finis actus voluntatis, & non eam agentis, vt dictum est. ¶ Non debemus ideo euangelizare vt manducemus. ¶ Istud simpliciter verum est, quia manducare non potest esse finis euangelizandi, nec proximus, nec vltimus: sed est questum ad euangelizantem ad facultatem euangelizandi consequendam: & ideo

¶ Finis vero voluntatis est, vel illud &c. ¶ Quia omne bonum rationem finis habet. bonum autem obiectum est voluntatis: ideo quodlibet vltimum, quod est obiectum voluntatis, finis potest dici: sed magis dicitur finis proprie illud, in quod vltimo voluntas tendit, quia hoc est ab ea primo vltimum: & ideo in 3. Ethic. dicitur, quod voluntas est finis electio vero eorum, quae sunt ad finem. ¶ Intentio includit &c. ¶ Intentio proprie loquendo actus voluntatis significat, vt dictum est, sed finem non significat, nisi materialiter nomen sumatur, vt. sumatur intentio pro re intenta, sicut & fides sumitur pro re credita. ¶ Finis vero voluntatis &c. ¶ Delectatio dicitur bona, quae consequitur operationem bonam, & mala quae consequitur malam, vt ex 1.0. Ethic. patet. ¶ Intentio ad illud respicit, per quod volumus &c. ¶ Intentio. n. includit actum rationis: & ideo respicit ad id, ad quod aliquid ordinatum est: sed voluntas nominat actum voluntatis absolute, cuius non est ordinare vel conferre: & ideo voluntas respicit id, in quod immediate fertur. ¶ Et alia quidem videtur voluntas &c. ¶ Quomodo sit eadem, & quomodo alia, dictum est. vnde de vtraque opinio secundum aliquid veritatem habet.

¶ Finis vero voluntatis est, vel illud &c. ¶ Quia omne bonum rationem finis habet. bonum autem obiectum est voluntatis: ideo quodlibet vltimum, quod est obiectum voluntatis, finis potest dici: sed magis dicitur finis proprie illud, in quod vltimo voluntas tendit, quia hoc est ab ea primo vltimum: & ideo in 3. Ethic. dicitur, quod voluntas est finis electio vero eorum, quae sunt ad finem. ¶ Intentio includit &c. ¶ Intentio proprie loquendo actus voluntatis significat, vt dictum est, sed finem non significat, nisi materialiter nomen sumatur, vt. sumatur intentio pro re intenta, sicut & fides sumitur pro re credita. ¶ Finis vero voluntatis &c. ¶ Delectatio dicitur bona, quae consequitur operationem bonam, & mala quae consequitur malam, vt ex 1.0. Ethic. patet. ¶ Intentio ad illud respicit, per quod volumus &c. ¶ Intentio. n. includit actum rationis: & ideo respicit ad id, ad quod aliquid ordinatum est: sed voluntas nominat actum voluntatis absolute, cuius non est ordinare vel conferre: & ideo voluntas respicit id, in quod immediate fertur. ¶ Et alia quidem videtur voluntas &c. ¶ Quomodo sit eadem, & quomodo alia, dictum est. vnde de vtraque opinio secundum aliquid veritatem habet.

¶ Finis vero voluntatis est, vel illud &c. ¶ Quia omne bonum rationem finis habet. bonum autem obiectum est voluntatis: ideo quodlibet vltimum, quod est obiectum voluntatis, finis potest dici: sed magis dicitur finis proprie illud, in quod vltimo voluntas tendit, quia hoc est ab ea primo vltimum: & ideo in 3. Ethic. dicitur, quod voluntas est finis electio vero eorum, quae sunt ad finem. ¶ Intentio includit &c. ¶ Intentio proprie loquendo actus voluntatis significat, vt dictum est, sed finem non significat, nisi materialiter nomen sumatur, vt. sumatur intentio pro re intenta, sicut & fides sumitur pro re credita. ¶ Finis vero voluntatis &c. ¶ Delectatio dicitur bona, quae consequitur operationem bonam, & mala quae consequitur malam, vt ex 1.0. Ethic. patet. ¶ Intentio ad illud respicit, per quod volumus &c. ¶ Intentio. n. includit actum rationis: & ideo respicit ad id, ad quod aliquid ordinatum est: sed voluntas nominat actum voluntatis absolute, cuius non est ordinare vel conferre: & ideo voluntas respicit id, in quod immediate fertur. ¶ Et alia quidem videtur voluntas &c. ¶ Quomodo sit eadem, & quomodo alia, dictum est. vnde de vtraque opinio secundum aliquid veritatem habet.

¶ Finis vero voluntatis est, vel illud &c. ¶ Quia omne bonum rationem finis habet. bonum autem obiectum est voluntatis: ideo quodlibet vltimum, quod est obiectum voluntatis, finis potest dici: sed magis dicitur finis proprie illud, in quod vltimo voluntas tendit, quia hoc est ab ea primo vltimum: & ideo in 3. Ethic. dicitur, quod voluntas est finis electio vero eorum, quae sunt ad finem. ¶ Intentio includit &c. ¶ Intentio proprie loquendo actus voluntatis significat, vt dictum est, sed finem non significat, nisi materialiter nomen sumatur, vt. sumatur intentio pro re intenta, sicut & fides sumitur pro re credita. ¶ Finis vero voluntatis &c. ¶ Delectatio dicitur bona, quae consequitur operationem bonam, & mala quae consequitur malam, vt ex 1.0. Ethic. patet. ¶ Intentio ad illud respicit, per quod volumus &c. ¶ Intentio. n. includit actum rationis: & ideo respicit ad id, ad quod aliquid ordinatum est: sed voluntas nominat actum voluntatis absolute, cuius non est ordinare vel conferre: & ideo voluntas respicit id, in quod immediate fertur. ¶ Et alia quidem videtur voluntas &c. ¶ Quomodo sit eadem, & quomodo alia, dictum est. vnde de vtraque opinio secundum aliquid veritatem habet.

DISTINCTIO XXXIX. DIVISIO TEXTVS.

¶ S T E N S O quod rectitudo voluntatis, & peruersitas est ex fine. Hic inquit, vtrum in voluntate possit esse peruersitas & peccatum. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit, quo modo in voluntate peccatum esse potest, & quia peccatum non est, nisi secundum deuiationem ab eo ad quod aliquid naturaliter ordinatur. In secunda parte inquit, quo modo voluntas, ut naturaliter in bonum tendat. ibi ¶ Praeterea quaeri solet, quo modo intelligendum sit &c. ¶ Prima diuiditur in duas. In prima mouet quaestionem. In secunda ponit responsum. ibi ¶ Ad hoc autem facile &c. ¶ Et diuiditur in duo. In prima ponit responsum, secundum

De Trinitate lib. 11. c. 6.

D. 350

D. 232

D. 882 784 818 1200

D. 897

Cap. 4

1. 2. q. 18. artic. 4.

Cap. X

Cap. 4. de diuino.

Cap. 6

Cap. 8

Cap. 5

Cap. 4. & 5

secundum primam opinionem supra memoratam, quae ponit omnia in quantum sunt bona, esse a Deo. In secunda respondet secundum aliam opinionem, quae ponit actus peccatorum, nullo modo bonos esse, nec a Deo. ibi ¶ Qui vero dicunt voluntates mala &c. Circa primum facit tria. Primo respondet ad quaestionem. Secundo obijcit contra responsionem & soluit. ibi ¶ Vbi potest ab eis rationabiliter queri &c. ¶ Tertio iterum contra objectionem solutio nis, objectione monet, & soluit. ibi ¶ Sed adhuc queritur quare &c. ¶

QVAESTIO PRIMA.

Hic est triplex quaestio:

- Prima quaestio. Vtrum peccatum sit in voluntate.
- Secunda. Quomodo homo naturaliter bonum velit.
- Tertia. De hoc quod dicitur, quod superior scintilla rationis extingui non potest.

Circa primum quaeruntur duo.

- Primo. Vtrum in voluntate possit esse perversitas peccati.
- Secundo. Vtrum in actibus aliarum potentiarum, possit esse peccatum.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum voluntas possit peruertere per peccatum.

Mal. q. 4. ar. 7.

Quaest. 4. artic. 2.

Dial. 38.

Tex. c. 56.

Dist. 24.

Tex. c. 24.

De civ. Dei lib. 14. c. 13.

IRCA Primum sic proceditur. Videtur quod voluntas per peccatum peruertere non possit. Voluntas enim ad imaginem pertinet; nec tantum secundum quod est potentia: sed etiam ut videtur ratione actus, quia respectu quorundam obiectorum salutarum ratio perfecta imaginis in tribus potentijs, ut in 1. lib. 3. dist. dictum est, potentia autem non habet comparationem ad obiectum, nisi mediante actu. Cum igitur imaginis bonitas per peccatum non tollatur, quia in imagine pertranst homo, ut in psal. dicitur. videtur quod in voluntate non possit esse peccatum.

¶ 2. Praeterea. Illud quod immediate recipit influentiam a primo fonte immutabiliter, tenet hoc quod influxum est in ipsius, sicut substantia spiritalis, quae immediate esse a Deo recipit, esse incommutabile habent. reliqua vero propter longam distantiam a primo, non possunt semper in esse conservari, ut in 2. de Generatione dicitur: sed fons bonitatis finis est, a quo ratio boni sumitur, cum igitur voluntas immediate feratur in finem, sicut in obiectum, siue etiam in finem vltimum: videtur quod bonitatem inamissibilem habeat: & ita per peccatum vitari non possit.

¶ 3. Praeterea. Ioan. 8. dicitur. Qui facit peccatum seruus est peccati: sed seruus voluntati non competit, quae liberissima est, & libertatis fons, ut supra dictum est. ergo in ea peccatum esse non potest.

¶ 4. Praeterea. Defectus peccati, non debet illi imputari, in quo non potest esse defectus, nisi de se ipso prius in alio existente: sed in voluntate non potest esse defectus, nisi prius existat defectus in ratione, ergo peccatum non debet voluntati imputari. probatio media. Voluntas non est nisi boni vel apparentis boni: sed voluntas non habet defectum, secundum quod in bonum verum tendit, ergo non deficit, nisi secundum quod tendit in bonum apparens & non existens: sed hoc fit secundum quod iudicium rationis fallitur, ergo non est defectus in voluntate, nisi prius sit in ratione.

¶ 5. Praeterea. Sicut se habet error ad cognitum: ita se habet culpa, & peccatum ad appetitum: sed ut in 4. Metaph. dicitur, falsitas est propria phantasiae, quae est cognitio sensitua, ergo & peccatum est proprium appetitui sensitua, & non intellectui, quod est voluntas.

SED CONTRA. Aug. dicit, quod voluntas est qua peccatur, & recte viuunt: sed quocumque peccatur in eo est deformitas peccati, ergo in voluntate peccati deformitas potest esse.

¶ Praeterea. Omne quod est ex nihilo, ut Damasc. dicit, vertibile est in nihil, vel quantum ad esse, vel quantum ad electionem: sed voluntas creata est ex nihilo, ergo cum non sit vertibilis in nihil quantum ad esse, quia est pars imaginis, oportet quod sit

vertibilis in nihil, quantum ad electionem, & hoc non fit nisi per peccatum, ergo peccatum in voluntate esse potest.

RESPONDEO. Dicendum, quod nihil imputatur alicui in peccatum & culpam, nisi illud cuius causa ipse est, quia non laudamur neque vituperamur, nisi ex actibus nostris. ea vero quorum causa non sumus per actum nostrum non sunt. unde cum voluntas dupliciter dicatur. scilicet voluntas potentia, & voluntas actus. voluntas potentia, cum a nobis non sit: sed a Deo: in nobis non potest esse peccati: sed actus eius, qui a nobis est. Sed sciendum, quod aliquis actus est ab aliquo dupliciter. Vno modo tam secundum substantiam actus, & secundum determinationem agentis ad actum, & hoc proprie in potestate agentis esse dicitur, ut est in voluntate. Ipsa enim potentia voluntatis, quantum in se est, indifferens est, ad plura: sed quod determinate exeat in hunc actum, vel in illum, non est ab alio determinate: sed ab ipsa voluntate, sed in naturalibus, actus procedit ab agente: sed tamen determinatio ad hunc actum non est ab agente: sed ab eo qui agenti talem naturam dedit, per quam ad hunc actum determinatum est: & ideo propriissime actus voluntatis a voluntate esse dicitur: unde si aliquis defectus sit in actu eius, ipsi voluntati in culpam & peccatum imputatur, omnem autem voluntatem creatam, possibile est in suo actu deficere, quantum ex natura sua est, eo quod ex nihilo est in defectum peruertibilis, & ita relinquitur, quod in voluntate potest esse peccatum, quantum ad actum eius.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod voluntatis actus non est pars imaginis, quae est imago similitudinis, in distinctione potentiarum considerata, quia nullius voluntatis actus semper manet: cum tamen imago semper permaneat. Sed quod dicitur in potentia, secundum quaedam obiecta praecipue assignatur, non est ex eo, quod actu in illa feratur: nisi forte sub quadam consuetudine, ut in primo dictum est, quod anima semper intelligit se, non discernendo vel cogitando aliquid de se: sed in quantum praesens est sibi, sed ex eo, quod in illa obiecta ferri potest. Sed verum est, quod imago recreationis, quae non semper manet, potest quantum ad actus & habitus considerari.

¶ Ad secundum dicendum, quod influentia primi principij ad substantias, quibus immediate insuit, est per operationem ipsius principij primi, & quia illa operatio defectum habere non potest, inefficenter esse ab eo recipiunt: sed ordo voluntatis ad finem vltimum, non est per operationem finis vltimi in voluntate: sed per operationem voluntatis in finem tendentis, & quia voluntas defectibilis est: ideo ab isto ordine deficere potest, per defectum suae operationis, & non per defectum finis.

¶ Ad tertium dicendum, quod quia voluntas liberissima est: ideo hoc consequitur eam, ut in seruicium cogi non possit: non tamen ab ea excluditur, quin se ipsam seruicium subicere possit, quod fit quando voluntas in actum peccati libere consentit.

¶ Ad quartum dicendum, quod ille error, qui est in ratione, secundum quod aestimat bonum quod non est bonum, est secundum ignorantiam electionis, ut in 3. Ethic. dicitur. Et haec ignorantia non causat inuoluntarium, quia voluntas huiusmodi ignorantiae, quodam modo causa est, dum passionibus non cohibet, quae rationem in aestimando absorbent, quarum cohibitio in potestate voluntatis est: & ideo peccatum recte voluntati imputatur.

¶ Ad quintum dicendum, quod error vel falsitas dicitur propria phantasiae, non quia in intellectu esse non possit: sed quia ex errore phantasiae, & imaginationis interdum causatur, similiter etiam inordinatio appetitus sensibilis peccati, quod est in voluntate, quodam modo causa est. non quidem cogens sed inducens: unde Philosophi partem inferiorem, in qua sunt animae passionibus, partem vitiosam nominauerunt, ut dicit August. in libro de ciuitate Dei.

ARTICVLVS II.

b Vtrum in actu intellectus, & aliarum potentiarum a voluntate, possit esse peccatum.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod in actibus aliarum potentiarum possit esse peccatum, & praecipue in actu intellectus. Cogitatio enim, actus intellectus est: sed contingit cogitando peccare, ergo in actu intellectus peccatum contingit esse.

Dist. 35.

Dist. 3. q. 1.

Cap. 2.

Lib. 9. ca. 4.

1. 2. q. 7. ar. 2. & Malo. q. 2. ar. 2. Infra dist. 41. q. 2. artic. 2.

¶ 2. Praeterea.

Cap. 3.

D. 897. 784.

D. 752. Tex. c. 8.

Cap. 3.

¶ 2. Praeterea. Peccatum est operatio quaedam, contraria operationi illi, quae homini, secundum quod homo est, debetur, quia talis operatio est recta operatio, cui peccatum contrariatur: sed operatio intellectus est hominis, secundum quod est homo, ex hoc enim homo dicitur homo, quod est intellectum habens & rationem, ergo in operatione intellectus contingit esse peccatum.

¶ 3. Praeterea. Contraria nata sunt fieri circa idem: sed peccatum virtuti oppositur, cum ergo quaedam virtus sit in intellectu, intellectus est, ut patet ex 6. Ethic. videtur quod peccatum in intellectu esse possit.

¶ 4. Praeterea. Infidelitas peccatum quoddam est: sed infidelitas est in intellectu, secundum quod doctrinae fidei dissentit, ergo in intellectu potest esse peccatum.

¶ 5. Praeterea. Nihil prohibetur nisi peccatum: sed quaedam scientiae sunt prohibita, ut nicomantia & huiusmodi: cum igitur scientia sit in intellectu, videtur quod in intellectu possit esse peccatum.

SED CONTRA. Illud quod excusat peccatum, non est peccatum: sed defectus qui est in intellectu, ut ignorantia, peccatum excusat, ergo in intellectu non contingit esse peccatum.

¶ Praeterea. Illud quod non est in potestate nostra, non est peccatum: sed in intelligere quodlibet, non est in potestate nostra, ergo, si intelligendo deficiamus, non peccamus.

RESPONDEO. Dicendum, quod eum in peccato sit ratio mali, & praeter hoc ratio culpae, vtrunque diuersimode inuenitur in actu intellectus, & in actu voluntatis, quia in actu voluntatis est malum de ex obiecto, non autem in actu intellectus: velle enim mala malum est: sed intelligere mala non est malum, cuius ratio sumi potest ex obiecto vtriusque. obiectum enim voluntatis est bonum: sed obiectum intellectus est verum, bonum autem & malum ut in 6. Metaph. dicitur, sunt in rebus: sed verum & falsum sunt in anima: & ideo voluntas per actum suum tendit in obiectum suum, secundum quod se habet in re: & ideo ex bonitate & malicia rei volitae actus voluntatis est bonus & malus: sed intellectus per actum suum tendit in rem, secundum quod est in anima. Ratio autem & malorum, & bonorum in anima bonum est: & ideo cognoscere malum & bonum, in se bonum est. Unde Boetius dicit, quod notitia mali bono deesse non potest: sed malum accidit in actu intellectus ex in debita proportione intellectus ad rem, ex eo, quod apprehendit rem aliter esse quam sit.

Intelligere enim rem falso est malum in actu intellectus, sicut verum est bonum eius, ut dicitur in 6. Ethic. actus igitur intellectus, sic malus non habet eodem modo ratione culpae: sicut actus voluntatis, qui inuenitur in actu voluntatis, quia ratio culpae primo in actu voluntatis inuenitur. In actibus autem intellectus, & aliarum potentiarum non nisi, secundum quod sunt imperati a voluntate. Ratio enim culpae in actu deformi est, ex hoc quod procedit ab eo, qui habet dominium sui actus, hoc autem est in homine secundum illam potentiam, quae ad plura se habet, nec ad aliquid eorum determinatur nisi ex se ipsa, quod tantum voluntati conuenit: potentiae enim organae affixae coguntur ad aliquid actum per immutationem organorum, sine quibus in actu exire non possunt. Intellectus autem quamuis sit potentia, non affixa organo: tamen cogitur ad aliquid ex ratione vel argumento, siue deficit ab alio, in quod non potest ex defectu demonstrationis, & intellectus luminis. Voluntas autem potest de se in quodlibet quod apprehensum fuerit: nec ab eo per aliquam rationem violentem prohiberi potest, quia cum intellectus feratur in rem, secundum quod res est in anima prout habet rationem veri, indiget intellectus ad intelligendum rem aliquo medio lumine vel demonstratione, per quod rem deducit in hoc, quod ad intelligendum sibi sit proportionata: unde etiam per rationem potest necessario auelli, ne alicui rei consentiat sed voluntas, ut dictum est: feratur in suum obiectum, secundum quod est in re: & ideo oportet, ut aliquam operationem habeat in re ad hoc, quod fiat sibi proportionata, vel ex poliendo eam a materia, vel aliquid huiusmodi, sicut intellectus facit: sed directe in rem apprehensam, secundum quod est feratur: & ideo non potest deficere, quin feratur in quodcumque voluerit, neque aliquo prohibente, neque per aliquem eius defectum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod peccatum in cogitationibus, potest esse dupliciter. vel in quantum cogitationes sunt, & sic non est in eis, nisi peccatum vanitatis, secundum quod intellectus deberet occupari vtilioribus cogitationibus, & occupatur inutilibus, nec hoc in culpam imputatur, nisi secundum quod actus intellectus natus est a voluntate imperari, vel in quantum cogitationes propter delectationem rei cogitatae quaruntur, & sic potius est peccatum in delectatione rei cogitatae secundum memoriam & speciem, quam in ipsa cogitatione. Illa autem delectatio non est in intellectu: sed in concupiscibili, & irascibili, cuius est actus cogitatus: unde tale peccatum re ducitur ad idem genus, ut fornicationis, & homicidij, in quo est ipse actus peccati exterius perpetratus.

¶ Ad secundum dicendum, quod illa perfecta operatio intellectus, quae est hominis, secundum quod est homo, non habet rationem meriti, nisi secundum quod est a voluntate imperata, sicut cum quis in contemplatione diuinorum meretur. Et similiter e contrario, non est culpa in actu intellectus errantis, & varia cogitantis, nisi secundum quod actus eius est a voluntate imperatus.

¶ Ad tertium dicendum, quod peccatum de quo nunc loquimur, quod ratio nem meriti habet, non opponitur virtuti quodlibet modo acceptae virtuti, secundum quod est principium actus meritorij & remunerabilis, quamuis autem perfectio intellectus, ut scientia & sapientia possit habere rationem virtutis, ex hoc solo, quod perfectio intellectus est opus eius bonum reddens, secundum quod facit recte intelligere: non tamen habet, quod actus eius sit remunerabilis, & meritorius, nisi secundum quod est imperatus a voluntate.

¶ Ad quartum dicendum, quod infidelitas non est peccatum, in intellectu existens, nisi secundum quod actus intellectus, est imperatus a voluntate. sic enim & fides in eo est, quia secundum Augustinum, credere non potest homo nisi volens: similiter etiam nisi homo voluerit, omittat, quod facere deberet, in infidelitatem non incidet, quia si quod in se est faceret: Deus reuelaret sibi quod credere deberet.

¶ Ad quintum dicendum, quod artes illae non sunt prohibita, secundum quod tantum in cogitatione stant, sed per accidens, in quantum sunt occasio peccandi, secundum quod notitia artis disponit, & inclinatur ad vsum artis, qui sine peccato esse non potest, & si etiam ipsa speculatio artis peccatum dicatur, hoc non erit nisi ex parte speculantis, qui alijs incidere tenetur: si tamen per huiusmodi considerationem ab illis retrahatur.

tationibus, potest esse dupliciter. vel in quantum cogitationes sunt, & sic non est in eis, nisi peccatum vanitatis, secundum quod intellectus deberet occupari vtilioribus cogitationibus, & occupatur inutilibus, nec hoc in culpam imputatur, nisi secundum quod actus intellectus natus est a voluntate imperari, vel in quantum cogitationes propter delectationem rei cogitatae quaruntur, & sic potius est peccatum in delectatione rei cogitatae secundum memoriam & speciem, quam in ipsa cogitatione. Illa autem delectatio non est in intellectu: sed in concupiscibili, & irascibili, cuius est actus cogitatus: unde tale peccatum re ducitur ad idem genus, ut fornicationis, & homicidij, in quo est ipse actus peccati exterius perpetratus.

aliquando vim, scilicet naturalem potentiam volendi, aliquando actum ipsius vis significari. Vis autem ipsa insita animae naturaliter, nunquam peccatum est: sicut nec vis memorandi vel intelligendi, sed actus huius vis, qui & voluntas dicitur, tunc peccatum est, quando inordinatus est.

& homicidij, in quo est ipse actus peccati exterius perpetratus. ¶ Ad secundum dicendum, quod illa perfecta operatio intellectus, quae est hominis, secundum quod est homo, non habet rationem meriti, nisi secundum quod est a voluntate imperata, sicut cum quis in contemplatione diuinorum meretur. Et similiter e contrario, non est culpa in actu intellectus errantis, & varia cogitantis, nisi secundum quod actus eius est a voluntate imperatus.

¶ Ad tertium dicendum, quod peccatum de quo nunc loquimur, quod ratio nem meriti habet, non opponitur virtuti quodlibet modo acceptae virtuti, secundum quod est principium actus meritorij & remunerabilis, quamuis autem perfectio intellectus, ut scientia & sapientia possit habere rationem virtutis, ex hoc solo, quod perfectio intellectus est opus eius bonum reddens, secundum quod facit recte intelligere: non tamen habet, quod actus eius sit remunerabilis, & meritorius, nisi secundum quod est imperatus a voluntate.

¶ Ad quartum dicendum, quod infidelitas non est peccatum, in intellectu existens, nisi secundum quod actus intellectus, est imperatus a voluntate. sic enim & fides in eo est, quia secundum Augustinum, credere non potest homo nisi volens: similiter etiam nisi homo voluerit, omittat, quod facere deberet, in infidelitatem non incidet, quia si quod in se est faceret: Deus reuelaret sibi quod credere deberet.

¶ Ad quintum dicendum, quod artes illae non sunt prohibita, secundum quod tantum in cogitatione stant, sed per accidens, in quantum sunt occasio peccandi, secundum quod notitia artis disponit, & inclinatur ad vsum artis, qui sine peccato esse non potest, & si etiam ipsa speculatio artis peccatum dicatur, hoc non erit nisi ex parte speculantis, qui alijs incidere tenetur: si tamen per huiusmodi considerationem ab illis retrahatur.

QVAESTIO II.

Deinde quaeritur, quomodo homo naturaliter bonum velit.

Et circa hoc quaeruntur duo.

- Primo. Vtrum homo velit bonum naturaliter.
- Secundo. Vtrum idem motus sit, quo homo vult bonum naturaliter, & quo vult malum.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum homo naturaliter velit bonum.

PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod homo naturaliter velit bonum non velit. Illud enim quod naturale est, idem est apud omnes: sed non omnes homines bonum volunt, ergo bonum velle non est eis naturale.

¶ 2. Praeterea. Illud quod est naturale non assuecimus, ut in 2. Ethic. dicitur. sed homo per assuetudinem efficitur habilior ad bona volendum, ergo bonum velle non est homini naturale.

¶ 3. Praeterea. Illud quod est secundum naturam semper est in suo actu, & si deficit non deficit, nisi in minori parte, propter aliquod accidentale impedimentum: sed homo frequenter deficit a bona volendo, ergo non est sibi naturale.

In Iohannem cap. 6. tracta. 26.

Cap. 1.

¶ 4. Praeterea.

¶ 4 Præterea. Secundum naturalia, neque meretur neque demeretur: sed ex hoc, quod aliquis bona vult, meretur, ergo bona velle non est naturale.

Cap. 4.

¶ 5 Præter. Illud quod est naturale, non tollitur per peccatum, quia data naturalia etiam in demeritis integra manent, ut Dionysius dicit. Sed per peccatum alienatur homo a voluntate bonorum, ergo velle bonum non est naturale.

b Quare actus voluntatis sit peccatum, si actus aliarum potentiarum non sunt peccata.

Cap. 12.

Sed contra. Marth. 4. dicitur in Glo. virtutes sunt homini naturales. Et hoc dicit Philosophus in 6. Ethic. quod secundum virtutes aliquis inclinatur ad bonum volendum, ergo bonum velle, est homini naturale.

In proem.

M. 1. D. 295. 296.

¶ Præter. Sicut pars intellectiva perfectitur in veri cognitione, ita pars affectiva perfectitur in voluntate boni: sed cognoscere verum est naturaliter desideratum ab omnibus, quia omnes homines natura scire desiderant, ut Philosophus dicit, ergo velle bonum est homini naturale.

Cap. 2.

RESPONDEO. Dicendum, quod illud dicitur esse naturale alicui rei, quod convenit sibi secundum conditionem sue forme, per quam in tali natura constituitur: sicut ignis naturaliter tendit sursum, forma autem per quam homo est homo, est ipsa ratio & intellectus. Unde in illud quod est conveniens sibi secundum rationem & intellectum, naturaliter tendit bonum autem cuiuslibet virtutis est conveniens homini secundum rationem, quia talis bonitas est ex quadam commensuratione actus ad circumstantias & finem, quem ratio facit: unde quedam inclinationes virtutum sive aptitudines præexistunt naturaliter in ipsa natura rationali, quæ virtutes naturales dicuntur, & etiam per exercitium & deliberationem complentur, ut in 6. Ethic. dicitur. Ideo homo naturaliter in bonum tendit. Sed motus naturalis a forma progreditur, secundum conditionem forme. voluntas autem talis conditionis est & ratio, ut non sint determinata ad unum, quin in aliud flexi possint: & ideo quævis velle bonum homini sit naturale: nihilominus tamen potest malum velle, non in quantum est malum, sed in quantum extimatur bonum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ista naturalis inclinatio in bonum, invenitur in hominibus omnibus: sed quia ut dictum est, voluntas non est necessario determinata ad unum, non oportet quod omnes actu bonum velint.

¶ Ad secundum dicendum, quod inclinatio voluntatis ad bonum, quæ est in natura humana, non est per assuetudinem: sed habitus quo perfectitur illa habitus est, vel per consuetudinem, vel per infusionem.

¶ Ad tertium dicendum, quod in illis quæ sunt determinata ad unum semper sequitur actus naturalis nisi impediatur, & impedimentum contingit in minori parte: sed voluntas non est natura quedam determinata ad unum, & præterea habet impedimentum semper sibi coniunctum, scilicet carnem repugnantem, unde Apostolus Rom. 7. Invenio aliam legem in membris meis &c. Et ideo, homo a voluntate boni simpliciter abducitur, in id quod est apparet bonum.

¶ Ad quartum dicendum, quod actus naturalis in his, quæ sunt determinata ad unum, non potest esse meritorius, quia tales actus voluntati non subiacent, ut patet in actibus nutritivæ partis: sed actus illi, qui imperio voluntatis subiacent, meritorij sunt, etiam si homo naturaliter ipsos velit.

¶ Ad quintum dicendum, quod inclinatio illa naturalis, nunquam per peccatum tollitur: quævis habitus, ut dictum est, semper per peccatum minuatur.

ARTICULUS II.

b Vtrum voluntas, qua homo naturaliter vult bonum, & qua vult malum sit eadem.

3 dist. 17. ar. 1. c. 1. q. 2.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod eadem voluntas sit, qua homo naturaliter vult bonum, & qua vult malum. Potentia enim rationalis se habet ad opposita: sed voluntas quædam est rationalis potentia, ergo se habet ad opposita, ergo eadem est boni & mali.

¶ 1 Præter. Eadem est voluntas, ut natura considerata, & voluntas deliberata: sed voluntate ut natura considerata, homo vult naturaliter bona, voluntate autem deliberata homo vult malum, ergo eadem voluntate homo vult naturaliter bonum & malum.

Dist. 14.

¶ 2 Præter. Libera voluntas est quæ eligit bonum & malum, ut supra dictum est: sed libera voluntas est: sed voluntas ut ex. prius determinata sit patet, ergo eadem voluntas est, quæ in bonum naturaliter tendit, & quæ in malum vult.

¶ 3 Præter. Sicut se habent verum & falsum ad cognitionem: ita bonum & malum ad affectionem: sed eadem potentia, videlicet, ratio quæ est veri est etiam falsi, ergo eadem voluntas, quæ est boni naturaliter, etiam est mali.

¶ 4 Præter. Potentia determinata ad unum, non potest esse principium actus meritorij: sed si voluntas alia est, quæ fertur in bonum, & quæ in malum, una earum erit determinata ad bonum & alia ad malum, vel saltem altera determinata erit, ergo neutra earum poterit esse principium meriti vel demeriti.

Sed contra. Idem non pugnat contra seipsum: sed voluntas qua homo naturaliter bonum vult, impugnat per illam qua homo malum vult, ergo non est una voluntas utraq;.

¶ Præterea. Idem naturaliter non tendit in duo contraria: sed bonum & malum sunt contraria, ergo non est eadem voluntas, quæ in bonum & malum tendit.

RESPONDEO. Dicendum, quod illud quo aliquis bonum & malum vult, potest tripliciter dici. Uno modo illud principium, quod est inclinans ad bonum vel malum, & hoc modo non est idem, quo aliquis vult bonum & malum, quia ipsa voluntas sensualitatis inclinatur naturaliter in delectabile carnis, quod est sibi conveniens, & hominis est malum, in quantum est homo. Voluntas autem rationalis, prout est natura hominis, sive prout consequitur naturalem apprehensionem, vniuersali principiorum iuris est, quæ in bonum inclinatur. Secundo potest dici, quo aliquis vult bonum vel malum, illud quo quis eligit bonum vel malum, sequendo hanc vel illam inclinationem, & sic est eadem voluntas. Tertio modo potest dici ipse actus voluntatis, quo voluntas vult bonum, & quo vult malum in actu, & sic non est dubium alium esse actum voluntatis, quo quis vult bonum, & quo vult malum.

Veri. q. 16. artic. 1. c. & q. 17, art. 2. ad 3.

Cap. 8.

Phil. 4.

Cap. 1.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quævis potentia rationalis sit ad opposita: non tamen ad utrunque oppositorum equaliter ordinatur: sed ad unum naturaliter, & ad alterum, secundum quod a perfectione propria nature deficit: & ideo alia est voluntas, quæ naturaliter tendit in bonum, si voluntas rationalis, & alia quæ naturaliter tendit in malum hominis, secundum quod deficit homo. si voluntas sensualitatis, & præcipue secundum quod deficit per fomitem corrupta.

¶ Ad secundum dicendum, quod voluntas ut deliberata, & ut natura, non differunt secundum essentiam potentie, quia naturale & deliberatorium, non sunt differentie voluntatis secundum se, sed secundum quod sequitur iudicium rationis, quia in ratione est aliquid naturaliter cognitum quasi principium indemonstrabile in operabilibus, quod se habet per modum finis, quia in operabilibus, finis habet locum principij, ut in 6. Ethic. dicitur, unde illud quod finis est hominis est naturaliter in ratione cognitum esse bonum & appetendum, & voluntas consequens istam cognitionem, dicitur voluntas ut natura, aliquid vero est cognitum in ratione per inquisitionem: ita in operatiuis sicut in speculatiuis, & utroque. Item in speculatiuis quædam operatiuis, contingit inquirentem rationem errare: unde voluntas quæ talem cognitionem rationis sequitur, deliberata dicitur, & in bonum & malum tendere potest: sed non ab eodem inclinante, ut dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quod liberum arbitrium nominat potentiam eligentem bonum & malum, & non illud quod ad utrunque inclinatur.

¶ Ad quartum dicendum, quod quævis eadem ratio potest esse veri & falsi, non tamen ex eodem habet, quod sit veriusque: sed ex vic-

ex virtute primorum principiorum, quæ sunt naturaliter cognita habet, ut veritatem cognoscit, ex phantasia vero habet, ut falsum iudicat. Similiter in electione voluntatis est restitudo, ex naturali inclinatione, cum auxilio gratie: sed est in ea peccatum ex corruptione inferiorum virtutum, quæ in peccatum inclinatur.

¶ Ad quintum dicendum, quod voluntas est secundum hoc determinata in unum naturaliter tendens: ita quod in alterum naturaliter non tendit: non tamen in illud, in quod naturaliter tendit de necessitate: sed voluntarie tendit, unde & potest illud non eligere: similiter potest etiam non eligere illud peccatum, in quod sensualitas corrupta inclinatur, quia inclinatio naturalis, ut dictum est, est secundum exigentiam nature inclinatur.

QVAESTIO III.

Deinde queritur de superiori scintilla rationis. Et circa hoc queruntur tria.

Primo. Vtrum superior scintilla rationis possit extinguari. Secundo. Supposito quod non extinguatur, vtrum conscientia possit errare. Tertio. Vtrum conscientia errans liget.

ARTICULUS PRIMVS.

a Vtrum superior scintilla rationis possit extinguari.

Veri. q. 16. artic. 1. c. & q. 17, art. 2. ad 3.

Cap. 8.

Phil. 4.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod superior scintilla rationis possit extinguari. Error rationis extrinsecus dicitur, quia tenebræ comparatur: sed hanc scintillam rationis contingit errare, ut patet in Glo. Hieron. Ezech. 1. Vbi præter verba, quæ in litera inducuntur, pulposi sunt subdit. Hanc autem conscientiam sepe præcipitari videmus, ergo superior scintilla rationis potest extinguari.

¶ 1 Præterea. Superior scintilla rationis, videtur esse superior rationis pars: sed ratio superior potest peccare etiam moraliter, ut supra dictum est, ergo scintilla ista potest extinguari.

¶ 2 Præter. Proprietas huiusmodi scintillæ est quod diu manet, ut malo remurmure: sed in hæreticis nihil est quod remurmuret in his peccatis, quæ secundum se facta sunt, quia est in occasione iustorum arbitrantur se obsequium præstare Deo, ut dicitur Io. 16. Ergo scintilla rationis est in eis extincta.

¶ 3 Præterea. Philosophus dicit in 7. Ethic. quod mali. Siqui habitum vitij iam acquisierunt, ignorantiam finis habent: sed non potest fieri murmur quantum ad actum, nisi secundum quod cognoscitur deuiatio a fine, ergo videtur, quod in illis quorum potentie per huiusmodi habitus corruptæ sunt, huiusmodi murmur cesset, & ita scintilla rationis in eis extinguatur.

¶ 4 Præterea. Idem est quod remurmurat malo, & quod inclinatur ad bonum: sed in damnatis non est aliquid incitans eos ad bonum, ergo nec in eis est aliquid remurmurans malo: & ideo scintilla rationis in eis extinguatur.

Sed contra. Scintilla rationis extinguari non potest, lumine intellectus remanente: sed lumen intellectus nunquam per peccatum tollitur, quia lumen illud ad imaginem pertinet, ut patet ex eo quod dicitur in ps. Signatum est super nos lumen vultus &c. ubi Glo. exponit de consignatione imaginis, ergo scintilla rationis per peccatum non extinguatur.

¶ Præterea. Illud quod est naturale per peccatum non tollitur: sed inclinatio ad bonum est homini naturalis, ut dictum est, quæ est secundum rationis scintillam, ergo scintilla rationis per peccatum non extinguatur.

RESPONDEO. Dicendum, quod secundum Dion. in 7. cap. de diu. no. Diuina sapientia coniungit principia secundorum vltimis primorum, quia ut in lib. de causis ostenditur, in ordine creatorum, oportet, quod consequens præcedenti similetur, nec hoc potest esse, nisi secundum quod aliquod participat de perfectione eius, quod quidem inferiori modo est in secundo ordine creatorum quam in primo: unde hoc quod inferiori creatura de similitudine superioris participat, est supremum in inferiori, & vltimum in superiori, quia est deficientius receptum, quam in superiori sit, inter creaturas autem talis est

ordo, ut primo sit angelus, & secundo sit rationalis anima, & quæ rationalis anima corpori coniuncta est: ideo cognitio debita sibi secundum suum proprium ordinem, est cognitio quæ a sensibilibus in intelligibilibus procedit, & non peruenit in cognitionem veritatis, nisi inquisitione præcedente: & ideo cognitio sua rationalis dicitur: quæ vero angelus simpliciter incorporeus est, nec corpori vniatur, cognitio nature sue debita est, ut simpliciter sine inquisitione veritatem apprehendat: propter quod intellectualis natura nominatur, oportet ergo, quod in

anima rationali, quæ angelo in ordine creaturarum contigua tur, sit aliqua participatio intellectualis virtutis, secundum quæ aliquam veritatem, sine inquisitione apprehendat, sicut apprehenduntur prima principia naturaliter cognita tam in speculatiuis quam etiam in operatiuis: unde & talis virtus intellectualis vocatur, secundum quod est in speculatiuis, quæ etiam secundum quod in operatiuis est, synderesis dicitur: & hæc virtus scintilla convenienter dicitur, quod sicut scintilla est modicum quid ex igne euolans, ita hæc virtus est quedam modica participatio intellectualitatis, respectu eius, quod de intellectualitate in angelo est, & propter hoc etiam superior pars rationis scintilla dicitur, quia in natura rationali supremum est, unde & Hieron. dicit, quod per aquilam significatur, quæ cetera animalia in volando transcendit, ita & hæc virtus transcendit rationabilem, quæ per hominem significatur, & concupiscibilem quæ per vitulum, & irascibilem quæ per leonem. Sicut autem non contingit in speculatiuis intellectum errare circa cognitionem primorum principiorum, quia semper repugnet omni ei, quod contra principia dicitur, ita etiam non contingit errare in practicis in principijs primis, & propter hoc dicitur, quod hæc superior rationis scintilla, quæ synderesis est, extinguari non potest: sed semper repugnat omni ei, quod contra principia naturaliter sibi indita est.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut non contingit intellectum errare, circa principia secundum se considerata, contingit tamen errare circa ea, secundum quod sunt virtute in conclusionibus, per malam ratiocinationem: ita etiam lumen synderesis in se nunquam extinguatur, sed secundum quod deliberando deducitur in conclusionem operabilis, potest esse defectus, secundum quod per imperium delectationis, & passionis cuiuscumque, aut etiam falsæ inductionis errorum, conclusio non est principijs primis deducitur: & ideo non dicit, quod synderesis præcipitatur, sed quod conscientia præcipitatur, quæ est conclusio, ut supra dictum est, & est in ea virtus synderesis, sicut virtus principiorum in conclusione.

¶ Ad secundum dicendum, quod synderesis est aliud a superiori parte rationis, quia est supra totam rationem, ut Hierony. dicit in Glo. inducta. unde non sequitur, quod si in ratione sit peccatum, quod in synderesi sit peccatum.

¶ Ad tertium dicendum, quod sicut lumen intellectus naturale, non sufficit in cognoscendo ea quæ fidei sunt: ita etiam non sufficit in remurmurando his, quæ contra fidem sunt, nisi lumine fidei adiunxerit: & ideo synderesis etiam in infidelibus manet integra quantum ad lumen naturale: sed quia primario lumine fidei ex-cæcati sunt, non remurmurat eorum synderesis his, quæ contra fidem sunt. Vel dicendum, quod synderesis semper remurmurat malo in vi: sed quod in hæretico non remurmurat huic malo particulari hoc contingit pro errore rationis in applicatione vltis principij ad particula: e opus, ut patet in sequenti articulo.

¶ Ad quartum dicendum, quod ignorantia malorum qua sciam ignorant, non est ignorantia opposita scientiæ vniuersali, quia si a malo quæretur: vtrum bonum esset fornicari, diceret quod non, sed habet ignorantiam finis oppositam scientiæ de fine, sicut quod immiser se ad electionem huius particularis operis: sicut principij ad conclusionem immiseretur, & ita per inclinationem habitus contrarij deficit malus de finis iudicio. Iudicat, non hoc esse tanquam per se bonum, ut cum muliere delectetur: & ideo per inclinationem habitus, & imperium passionis non precipit mente synderesis murmur, quia alia est quasi inebriata passione, vbi & exteriori contrarium proferat: non tamen mens sua interiori itatenet, sicut ebrius dicitur verba sapientij exterioris, quæ tamen interioris non intelligit, & est exemplum Philosophi in 7. Ethic. in hac materia loquens.

¶ Ad quintum dicendum, quod etiam in damnatis manet naturalis inclinatio qua homo naturaliter vult bonum, sed hæc inclinatio non dicitur ad aliquid: sed solum ordinem nature ad actum.

Secundus Sentent. S. Tho. R. hæc

D. 1129.

Cap. 5.

hic autem ordo & habitus, nunquam in actu exit, ut bonum...

ARTICVL. II.

quod nolo illud facio. Dicit. n. quod ho subiectus pcto, facit...

Ver. q. 17. art. 3.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod conscientia nunquam errat. Ad hoc. n. q. aliquod iudicium sit certum, oportet in dictis testium certam veritatem esse: sed in diuino iudicio, qd certissimum est, nunquam a iusticia declinans conscientia tenet locum testis, vt patet Rom. 2. Testimonium reddente conscientia eorum. ergo conscientia infallibilem veritatem habet, & ita non errat.

Basilii in verbioru.

2. Præter. Illud quod est naturale: est idem apud omnes & semper: sed secundum Basilium, conscientia est naturale iudicium, ergo conscientia semper manet in sua rectitudine: & ita non errat.

Dam. de fide orthod. cap. 21.

3. Præterea. Illud quod est primum in aliquo ordine, oportet esse fixum & mansuetum. n. motus procedit ab immobili, vt dicit Aug. 8. super Gen. Sed lex est dirigens in omnibus actibus humanis. ergo lex immobiliter rectitudinem continet: sed conscientia est lex intellectus nostri, vt dicit Dam. ergo conscientia semper recta est, & nunquam errat.

Cap. 2.

4. Præter. Conscientia scientia quadam est: sed scientia semper verorum est, vt patet primo Posteriorum. ergo nec conscientia errare potest.

5. Præterea. Vt dicitur 8. Ethic. secundum hoc scientia in incontinentem obtenebratur, quod a passionibus vincitur: sed conscientiam passiones non vincunt: quia quando secundum passiones homo operatur, conscientia remurmurat, ergo conscientia a propria rectitudine non obliquatur: & ita non errat.

Tex. cō. 57.

SEDCONTRA. Ezech. 1. in glo. Hiero. dicit. Conscientiam interdum præcipitari videmus: sed præcipitum eius est ipsius error. ergo conscientia quandoque errat.

Præterea. Ad conscientiam pertinere videtur arbitrium de rebus agendis vel non agendis: sed in hoc arbitrio plerumq; homines decipiuntur, vt patet Ioan. 17. Venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium prestare Deo.

Q. 3. art. 3.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut ex prædictis patet, prima principia, quibus ratio dirigitur in agendis, sunt per se nota, & circa ea non contingit errare, sicut nec contingit errare ipsum demonstrantem circa principia prima. Hæc autem principia agendorum naturaliter cognita, ad synderesim pertinent, sicut Deo esse obediendum, & similia. Sicut autem in scientijs demonstratiuis ex principijs communibus, non deducuntur conclusiones, nisi mediantribus principijs proprijs, & determinatis ad genus illud, virtutem primorum principiorum continentibus, ita in operabilibus, in quibus ratio deliberans syllogismo quodam vtitur ad inueniendum, quid bonum sit, vt patet ex 3. de Anima, ex principijs communibus in conclusionem huius operis determinati venit, mediantribus quibusdam principijs proprijs & determinatis. Hæc autem propria principia, non sunt per se nota naturaliter, sicut principia communia: sed innotescunt vel per inquisitionem rationis, vel per assensum fidei, & quia non omnium est fides, vt dicitur 1. Corin. 8. Iterum quia ratio conferens quandoque decipitur: ideo circa ista principia contingit errare, sicut hereticus errat in hoc, quod credit omne iuramentum esse illicitum, & hæc principia determinata, pertinent ad rationem superiorem vel inferiorem. veritas autem conclusionis dependet ex vtriusque principijs: & ideo cum conscientia sic quædam conclusio sententians, quid bonum sit fieri vel dimitti, vt patet ex his, quæ dicta sunt supra distinc. 2. 4. contingit in conscientia errorem esse propter hoc, qd ratio decipitur in principijs appropriatis: sicut conscientia heretici decipitur dum credit se, non debere iurare etiam pro causa legitima, quando ab eo expetitur, non quia decipiatur in hoc com-

muni principio, quod est, nullum illicitum esse faciendum: sed quia decipitur in hoc, qd credit omne iuramentum esse illicitum, quod quasi pro principio accipit.

ARTICVLVS III.

De vtrum conscientia errans obliget.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd conscientia dicitur esse testis, in quantum id retinet, cōtra quod voluntas fecit, quasi voluntatem accusans de eo qd sibi nō obediuit, & in hoc non errat, quia facere cōtra conscientiam peccatum est, vt infra dicitur: sed propter hoc non remouetur, qd errare possit in hoc, vel non faciēdo sententiam.

Ad secundum dicendum, qd conscientia dicitur naturale iudicium non p se: sed in quantum virtus synderesis in ipsa manet: sicut virtus principioru salus est in conclusionibus, & ex pre illa nō errat.

Ad tertium dicendum, quod conscientia non est prima lex, & primum dirigens in humanis actibus: sed quasi quædam applicatio primæ legis. Principiorum communium ad actus particulares, propter quod a Damasc. lex intellectus dicitur vnde non oportet, qd semper sit recta.

Ad quartum dicendum, qd conscientia non dicitur scientia simpliciter, sed secundum quid. secundum estimationem illius, cuius est conscientia. dicitur enim conscientia, secundum qd aliquis sibi conscius est: quæuis autem scientia semper sit verorum, non tamen quicquid aliquis estimat se scire, verum est: & ita non oportet, qd semper sit conscientia vera.

Ad quintum dicendum, qd in conclusione particularis agendi dupliciter contingit esse defectum. Vno modo ex falsitate principiorum, ex quibus syllogizatur, & hic modo in conclusione tenetur id quod veritati contrarium est, & hic est error conscientie. Alio modo ex impetu passionum absorventium, & quasi ligantium rationis iudicium in particulari, vt actus non consideret nec hoc, nec eius oppositum: sed voluntas sequatur delectabile quod sensus proponit, & hic est error electionis, & non conscientie.

ARTICVLVS III.

De vtrum conscientia errans obliget.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod conscientia errans non obliget. Quicunq; enim non facit hoc, ad quod obligatur, peccat: sed peccatum vt supra dictum est, est dictum vel factum, vel concupitum contra legem Dei. cum igitur conscientia, & ratio errans non sit secundum legem Dei, videtur quod non obliget.

2. Præterea. Omne peccatum reducitur ad aliquod genus peccati, quia nihil est in genere quod non sit in specie, vt in secundo Topic. dicitur, sed si aliquis habeat conscientiam furandi vt patet patrem, hoc furari non reducitur ad aliquod genus peccati, vt patet in discurrendo per singula. ergo talis non peccat. ergo talis conscientia erronea, eum non obligabat.

3. Præterea. Præceptum inferioris, non potest obligare contra præceptum superioris, vt infra 44. distinctio, dicitur, quod præceptum Proconsulis, non obligat ad faciendum aliquid contra præceptum Imperatoris: sed Deus superior est conscientia nostra. ergo conscientia nostra, non potest nos obligare ad faciendum aliquid contra præceptum Dei, & sic idem quod prius.

4. Præterea. Deus est potentioris, & maioris autoritatis quam conscientia nostra: sed Deus non potest nos obligare ad peccatum faciendum suo præcepto. ergo multo minus conscientia.

5. Præter. Nullus faciens hoc ad quod obligatur, peccat: aliis est perplexus, quod est impossibile, quia sic necessario peccaret: sed si habeat aliquis erroneam conscientiam, qd debeat fornicari & fornicetur, non excusatur a peccato: aliis tyranni, qui sanctos occiderunt, non peccassent, quia arbitrabantur se obsequium Deo prestare. ergo conscientia erronea non obligabat.

Dist. 35.

Dist. 17.

1. 2. q. 19. art. 5. de ver. q. 17. art. 1. Quodlib. 3. artic. 27. Quodlib. 8. art. 1.

Q. 2. art. 2. & tertio c.

6. Præter.

6. Præterea. Dictamen conscientie non facit, vt id quod est veniale sit mortale, quia alicui dicitur conscientia, quod non est bonum loqui verba ocio sine tamē dicens, mortaliter peccat, sed plus dicitur malum a bono, quam veniale a mortali. ergo conscientia errans non obligat ad ea, quæ sunt secundum se mala.

SEDCONTRA.

super illud Ecclesiastes 7. Scit. n. tua conscientia &c. Dicit Glo. quasi. f. conscientia iudice nocens nō absoluitur: sed præceptum iudicis obligat ad aliquid faciendū. ergo conscientia obligat.

Præter. Ro. 13. dicitur. Omne quod nō est ex fide, peccatum est. i. contra conscientiam. Gl. Etiam si bonum est quod sit: sed conscientia prohibet bonum, est errans. ergo conscientia errans obligat.

Præter. Iste habet conscientiam si non fornicetur, qd peccat mortaliter. Omne autem peccatum mortale est ex contemptu Dei: sed quicumque facit aliquid intentione contemnendi Deum, mortaliter peccat: ergo iste mortaliter peccat: & ita conscientia errans eum obligabat.

RESPONDEO. Dicendum qd circa hoc sunt duæ opinioniones. Quidam, n. distinguunt tria genera operum. Quædam enim sunt opera per se bona, & conscientia, quæ ea faciēda dicitur, non est errans, sed recta, vnde talis conscientia simpliciter ligat, nec vnq; deponenda est. Quædam vero sunt de se indifferentia, vt leuare festucam, vel aliquid huiusmodi, & si conscientia talia opera dicitur esse faciēda, obligat ad faciendū, non simpliciter, sed manente tali conscientia: vnde tenetur vel conscientiam istam deponere, quia erronea est, vel facere qd conscientia dicitur aliter. n. peccat. Quædam vero opera sunt de se mala, sicut fornicari, mentiri, & huiusmodi, & ad hæc nullo modo conscientia obligare potest: sed verum est, qd si aliquis credit se non fornicandum legem Dei contemnere, non propter hoc, qd conscientia eum ad fornicandum ligat peccat: sed quia in contemptum Dei, hoc quod dimittendum est dimittit. Sed si diligenter videatur, quomodo conscientia ligat, inuenitur in omnibus ligare, vt alia opinio dicit. Conscientia, n. quoddam dictamen rationis est: voluntas autem non mouetur in aliquid appetendum, nisi præsupposita aliqua apprehensione, obiectum. n. voluntatis est bonum vel malum, secundum quod est imaginatum vel intellectum. Intentionem autem boni vel mali ratio ipsa demonstrat, vnde cum actus voluntatis ex obiecto specificetur, oportet qd secundum rationis iudicium, & conscientia, voluntas actus procedat, & per modum istum conscientia ligare dicitur, quia. f. si aliquis fugiat, per voluntatem quod ratio bonum dicitur, est ibi fuga boni, quæ fuga malum est, quia voluntas fugit illud ac si esset bonum secundum rationem, propter tristitiam aliquam secundum sensum: & similiter si ratio diceret aliquod bonum esse malum, voluntas non potest in illud tendere, quia mala sit, tendit enim in illud, vt ostensum est a ratione: & ita vt in malum simpliciter, propter apparem bonum secundum sensum: & ideo siue ratio siue conscientia recte iudicat siue non, voluntas obligatur hoc modo, qd si iudicium vel dictamen rationis, quod est conscientia: non sequitur actus voluntatis: inordinatus est, & hoc est obligare, cassare voluntatem, vt non possit sine deformitatis nocimento in aliud tendere: sicut ligatus non potest ire. Sciendum tamen, qd aliter ligat conscientia errans, aliter conscientia recta. Conscientia, n. recta, obligat simpliciter & per se: hoc. n. quod est per ipsam dictatum, est in se bonum, & ex iudicio rationis bonum apparet. vnde si nō fiat, malum est, & si fiat, bonum est: sed conscientia erronea non obligat, nisi per accidens, & secundum quid. si enim dicitur aliquid esse faciendum, illud fieri in se consideratum, non est bonum necessarium ad salutem: sed apprehenditur vt bonum: & ideo cum non liget, nisi secundum quod est bonum, non obligatur voluntas per se ad hoc: sed per accidens. Ratione apprehensionis, qua iudicatur bonum: & ideo si fiat aliquid, quod est secundum se malum, quod errans ratio iudicat bonum, peccatum non euicit. Si autem non fiat, peccatum incurritur, quia vnus defectus bonitatis sufficit ad hoc, qd aliquid dicatur malum, siue deest bonitas, quæ

Cap. 27. tom. 3.

Super ezechiele. c. 1.

est per accidens, secundum qd res apprehenditur in ratione boni, siue bonitas quæ est rei per se. Sed si sit altera tantum, quæ est per accidens, non propter hoc erit actus bonus, & ista solutio accipitur ex verbis Philosophi in 7. Ethic. vbi queritur, vtrum dicatur aliquis incontinens, ex hoc qd per passionem discedit a

quæ proprie natura dicitur. Fuit enim homo creatus in voluntate rectus. Vnde in libro de fide ad Petrum, scriptum est. Firmissime tene primos homines bonos, & rectos esse creatos, cum libero arbitrio, quo possent, si vellent propria voluntate peccare: eosque non necessitate, sed propria voluntate peccasse. Recte ergo dicitur, homo naturaliter velle bonum, quia in bona & recta voluntate conditus est. Superior enim scintilla rationis, quæ etiam: vt ait Hieron. in Chaym

nō potuit extinguī, bonū semper vult, & malū semper odit. Alium autem dicunt esse a motum mentis, quo mens relicta superiorum lege, subiicit se peccatis, eisq; oblectatur. Iste motus, vt aiunt. anteq; alicui assit gratia, dñatur in homine & regnat: alteriq; deprimit motum, vterq; tñ ex libe. arb. est. Veniente aut gratia ille motus malus elidit, & alter naturaliter bonus liberat, & adiuvat, vt efficaciter bonū velit: ante gratiā vero, licet naturaliter velit homo bonum: non tñ absolute concedi oportet

per se bonum: tamen per accidens est secundum legem Dei, sicut & bonum, in quantum ratio apprehendit ipsam, vt secundum legem Dei & bonum: & ideo sequitur qd conscientia errans, per accidens obliget, & non per se.

Ad secundum dicendum, qd conscientia errans, quæ dicitur aliquid esse faciendum, dicitur illud esse faciendum sub aliqua ratione specialis boni, vel quia pium videtur, vel iustum vel aliquid huiusmodi. vnde qui contra hanc conscientiam facit, peccat: & peccatum illud opponitur virtuti, sub cuius ratione ratio oppositum dicitur.

Ad tertium dicendum, quod conscientia obligat non virtute propria: sed virtute præcepti diuini: non enim conscientia dicitur aliquid esse faciendum hac ratione, quia sibi videtur: sed hac ratione, quia a Deo præceptum est. vnde per accidens ex virtute diuini præcepti obligat, in quantum dicitur hoc, vt præceptum a Deo: & ideo dictamen conscientie plus obligat, quam præceptum prælati, sicut & præceptum diuinum, in cuius virtute ligat, sicut patet, si præceptum regis nō perueniret ad populum, nisi mediante aliquo principe, si princeps diceret hoc est præceptum a rege, quæuis non esset verum, dictum suum obligaret, vt præceptum regis: ita quod contemptum mereretur poenam.

Ad quartum dicendum, quod ideo Deus non potest nos obligare ad peccatum faciendum, quia non potest errare, vt iudicet hoc esse faciendum, quod non est faciendum. conscientia autem errare potest: & ideo non est simile.

Ad quintum dicendum, quod simpliciter nullus perplexus est, absolute loquendo: sed quodam posito non est inconueniens, illo stante aliquem perplexum fore: sicut intentione mala stan re, siue fiat actus debitus qui est in præcepto, siue non fiat, peccatum incurritur. similiter etiam stante erronea conscientia, quicquid fiat, peccatum non vitatur: sed potest homo conscientiam erroneam, sicut & intentionem prauam deponere: & ideo simpliciter non est perplexus.

Ad sextum dicendum, quod conscientia, vt dictum est, obligat virtute præcepti diuini, sub cuius ratione apprehendit illud quod ratio dicitur: & ideo si illud apprehendatur, vt directe cadens sub præcepto, peccat mortaliter, omitendo quod conscientia dicitur, & etiam si sit veniale & indifferens. Si autem apprehendatur, vt non directe cadens sub præcepto vel prohibitione, tunc non sit directe contra conscientiam: sed præter eā, & ita non peccatur mortaliter sed venialiter, vel etiam nullo modo: sicut quando conscientia dicitur alicui, qd bonum est, facere aliquid opus consilij: si non facit non peccat, quia non apprehendit illud, vt bonum debitum, & necessarium ad salutem, & præcepto subiaccens.

EXPOSITIO TEXTVS.

TSIVITIS & peccatis obnubilatur &c. Hæc obnubilatio & corruptio intellectus, non intelligitur quantum ad actum proprium ipsius intellectus secundum se considerati, cum in multis peccatoribus acutissima ingenta inueniantur: sed intelligitur in habilitate ad gratiā & virtutē, & ad opus bonū, pue et de, qd ois malus secundum sententiam S. Tho. R 2 ignorans

Cap. 1.

ignorans est: sunt tamen quedam peccata, que etiam intellectu...

C6. 20. & c. viti.

det bonam habere voluntatem, sed potius mala. Alij autem dicunt, vnam esse voluntatem, id est vnum motum...

Hoc potest intelligi de effectu ultimo voluntatis, quo. In vltimum finem ordinatur. de actu meritorio...

DISTINCTIO XL. DIVISIO TEXTVS.

In parte precedenti determinauit de peccato, secundu[m] quod in actu voluntatis consistit. In parte ista de terminat de eo, secundu[m] quod consistit in actu exteriori...

QVAESTIO PRIM A.

Hic quinque quaeruntur.

- Primo. Vtrum bonum & malum sint diu[er]sae actionis. Secundo. Si bonitas & malitia exterioris actus ex voluntate dependent. Tertio. Si actus exterior addat in bonitate & malitia, supra interiore[m] actum voluntatis. Quarto. Si eadem actio potest esse bona & mala. Quinto. Si aliqua actio potest esse hoc modo indifferens, vt neque sit bona neque mala.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum bonu[m] & malu[m] sint differentiae essentialis actionis.

IRCA PRIMVM sic proceditur. Videtur quod bonum & malum non sint essentialis differentiae actionis. Nulla enim essentialis differentia, conuenit secundum quid alicui, sed per se: bonum autem & malum non conueniunt actioni, secundum quod est actio: sed secundum obiectum & finem. ergo bonum & malum non sunt essentialis differentiae actionis.

I. 2. q. 21. art. 1.

Præterea. Omnis differentia, vt in 4. Meta. dicitur, ens & vni[us] prædicationem recipit: sed malum cum sit priuatio est non ens. ergo non potest esse essentialis differentia actionis.

Tex. 4.

DISTINCTIO XL.

An ex sine ois actus pensari debeat, vt simpliciter boni vel mali dicatur.

OST hæc adiiciendum videt de actibus, vtrū & ipsi ex sine sicut voluntas, pensari debeat boni vel mali. Licet. n. secundum quosdam

ferentias essentialis, non conueniunt in specie: sed in quibusdam actionibus bonæ & malæ, sunt eadem specie: sicut concubitus matrimonialis & fornicarius. cum idem effectus in specie, pro vtraque actione sequatur. s. hominis generatio. ergo bonum & malum non sunt differentiae essentialis actionis.

SED CONTRA. Illud quod ponitur in diffinitione aliquid, est essentialis sibi: sed bonum ponitur in diffinitione virtutis ab Aug. dicente, quod virtus est bona qualitas mentis, vt supra 27. dist. dictum est. ergo malum & bonum, sunt differentiae essentialis habituum: sed secundum differentiam habituum est differentia actionum ex habitibus procedentium, cum similes habitus similes actus reddant, vt in 2. Ethic. dicitur. ergo bonum & malum sunt essentialis differentiae actionum.

In libro de moribus c. de se[c] catholice cap. 1.

Præterea. Omnis differentia faciens secundum speciem differre, est differentia essentialis: sed bonum & malum distinguunt species habitus. ergo sunt differentiae essentialis habituum, & sic idem quod prius.

RESPONDEO. Dicendum, quod actiones differunt specie secundum diuersitatem formarum, quæ sunt principia actionum, quæuis etiam agentia specie non differant: sicut calefacere & infrigidare differunt specie: sicut calor & frigus. forma autem voluntatis est finis, & bonum quod est eius obiectum & vltimum: & ideo oportet, quod in actibus voluntatis inueniatur differentia specifica secundum rationem finis. & quia actus sunt in genere moris, ex hoc quod sunt voluntarij: ideo in genere moris est diuersitas speciei, secundum diuersitatem finis, & quia malum & bonum sumuntur secundum ordinem ad finem: ideo oportet, quod sint essentialis differentiae in genere moris. Sciendum est autem: quod ad aliquod genus contingit aliqua reduci dupliciter, vel per se, vt ea quæ per essentialiam suam in illo genere sunt, sicut albedo & nigredo reducuntur ad genus coloris. vel per accidens, ratione alicuius quod in eis est, sicut res alba, & res nigra ad genus coloris. Et ergo quæ per se sunt in genere simpliciter, differunt specie per differentias essentialis gnis, quæ vero reducuntur ad genus per acc[us], non differunt per diuersas generis simp[er]: sed s[ecundu]m quod ad genus illud pertinent, vt patet precipue in artificialibus. forma n. artificiales accidentales forme sunt. vnde culcellus & clauis et differunt specie, s[ecundu]m quod ad genus artificiale pertinent: sed quantum ad substantiam eadem sunt specie, quia substantia vtriusque est ex materia naturali, & non ex forma artificiali, vt in 2. de anima cōmen. dicitur: & quia vt dictum est, hoc modo aliquid ad genus moris pertinet, quo voluntarij est: ideo ipsi actus voluntatis, qui per se & immediate ad voluntatem pertinent, per se in gne moris sunt. vnde simpliciter specie diuiduntur interiores actus voluntatis, p bonum & malum, sicut p differentias essentialis, actus aut imperati a voluntate, elicit p alias potentias, pertinent ad genus moris per accidens, s[ecundu]m quod sunt a voluntate imperati: & ideo actus illi secundum substantiam non distinguuntur secundum speciem, per bonum & malum: sed per accidens, secundum quod ad genus moris pertinent.

AD PRIMVM. ergo dicendum, quod quæuis bonum & malum non sunt differentiae actionis, in quantum est actio: sunt tñ differentiae eius, s[ecundu]m quod est voluntaria: sicut et rationale & irrationale non sunt diu[er]sae substantie vt substantia est: sed s[ecundu]m quod consideratur vt a[ct]a: & ideo nihil prohibet in aliquo gne actionum eadem actiones specie, per bonum & malum differre.

AD SECUNDVM. sic proceditur. Videtur quod bonum & malum non sint essentialis differentiae actionis. Nulla enim essentialis differentia, conuenit secundum quid alicui, sed per se: bonum autem & malum non conueniunt actioni, secundum quod est actio: sed secundum obiectum & finem. ergo bonum & malum non sunt essentialis differentiae actionis.

Et per

Et per hoc patet responsio ad tertium, quia malum pertinet ad essentialiam actionis quantum ad hoc, quod est ibi aliquid de entitate, & non rōne priuationis adiuncte, quæ priuatio nō est de essentialia alicuius entis in gne collocari, cū nihil entis sit nō ens.

D. 873. 1060.

Lib. 1. de off. c. 30.

Tex. 1.

I. 2. q. 20. art. 1.

Libro off. c. 30. tom. 1. Tex. c. 3.

De ciu. Dei lib. 14. c. 13.

Cap. 6.

Ad quartum dicendum, quod concubitus est quidam actus imperatus a voluntate, mediante alia potentia: & ideo per accidens conuenit sibi esse in genere moris, vnde potest dupliciter considerari, vel secundum genus naturæ, & sic concubitus matrimonialis, & fornicarius sp[eci]e non differunt. vnde & effectus naturalis eundem specie habent. vel secundum quod pertinent ad genus moris, & sic effectus specie differentes habent, vt mereri vel demereri vel aliquid huiusmodi, & sic in specie differunt.

Ad quintum patet responsio per id quod dictum est, quod finis est forma voluntatis, secundum quæ operatio humana dicitur: & ideo bonum & malum differentie essentialis & specifice in genere humanorum actuum sunt, sicut & aliæ actiones differunt secundum diuersas formas agentium: & ideo non est similis ratio de istis actionibus, & de alijs, & propter hoc dicit Philosophus in 4. Meta. quod finis in agentibus ex proposito, est bonum & malum speciali modo.

ARTICVLVS II.

Utrum actio sit simpliciter iudicanda bona vel mala ex voluntate.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod simpliciter ex voluntate, actio ad iudicandam sit bona vel mala. Mat. 7. dicitur. Non potest arbor mala, fructus bonos facere: nec arbor bona, fructus malos facere. Sed voluntas bona bonæ arbori comparatur. mala autem malæ. Cum igitur fructus voluntatis sint exteriores actus, videtur quod ex bonitate & malitia voluntatis, simpliciter exteriores actus dicendi sint boni vel mali.

Præterea. Vt dictum est. Actus exteriores non reducuntur ad genus moris, nisi secundum quod sunt imperati a voluntate: sed non participant bonitate vel malitia moralem, nisi secundum quod ad genus moris pertinent. ergo videtur, quod secundum bonitatem vel malitiam voluntatis sunt dicendi boni vel mali. Quod etiam Ambro. significare videtur dicens. Affectus tuus nomen operi tuo imponit.

Præterea. Vt in 3. Meta. Philosophus dicit. Ratio boni a fine sumitur: sed actus voluntatis habet ordinem ad finem mediante voluntate, cuius obiectum est finis. ergo secundum bonitatem vel malitiam voluntatis, dicens est actus exterior malus vel bonus.

Præterea. Malum non est potentius quàm bonum: sed si sit mala voluntas, necessario sequitur, quod actus exterior sit malus: ergo & si sit bona voluntas, sequitur quod actus exterior sit bonus.

Præterea. Aug. supra dixit, quod voluntas est qua peccatur, & recte viuatur: sed voluntas secundum quod ea peccatur est mala, & secundum quod ea recte viuatur est bona. ergo peccatur, & etiam bona operatio, quæ est recte viuere, iudicari debent secundum bonitatem vel malitiam voluntatis.

SED CONTRA. Philosophus in 2. Ethic. dicit, quod quædam sunt, quæ bene fieri non possunt, quia cum sint extrema in eis, non est medium accipere: contingit autem in talia opera ingredi propter voluntatem alicuius finis boni. ergo non est iudicandus actus exterior bonus propter voluntatis bonitatem.

Præterea. Supra dictum est, quod si fiat contra conscientiam errantem, quæ iudicatur esse faciendum quod malum est, peccatur, & similiter si secundum eam fiat: sed ille qui vult aliquid facere propter hoc, quod conscientia sua sibi dicitur, bonam voluntatem habere videtur. ergo bona voluntas non sufficit ad hoc, quod actus exterior bonus dicatur.

RESPONDEO. Dicendum quod voluntas dupliciter potest considerari, vel secundum quod est intendens, prout in vltimo finem fertur. Vel secundum quod est eligens, prout fertur in obiectum proximum, quod in finem vltimum ordinatur. Si consideretur primo modo, sic malitia voluntatis sufficit ad hoc, quod actus malus esse dicatur, quia quod malo sine agitur, mali est. non autem bonitas voluntatis intendens sufficit ad bonitatem actus, quæ actus potest esse de se malus, qui nullo modo bene fieri potest. Si autem consideretur voluntas, secundum quod est eligens, sic vniuersaliter verum est, quod a bonitate voluntatis dicitur actus bonus & a malitia malus. Ad bonitatem enim consilij quod electione precedit, vt in 6. Ethic. dicitur. tria exiguntur. Vnum. quod consilij præstitatur sibi debitum finem, quia si aliquis ad malum finem consequatur. Secundo quod ad finem bonum consequatur adiuueniat boni operis, per quod finem consequatur. vnde si quis bonum finem consequi intendat per malam actionem, non est bonus consiliator, quia vt ipse dicit fortiter finem, in continentem medio, eo quod illud quod ad finem ordinat, non est proportionatum fini illi, sicut si aliquis veram conclusionem per medium impertinens concluderet. Tertio requiritur vt adiuueniat vtrunque in tempore conuenienti, ne sit præceptus in festinando, vel etiam inutilis in tardando: sed hoc vltimum pertinet ad bonitatem consilij, secundum quod consilium in ratione inquirente, & inueniente est: alia vero ex parte rei & consiliatoris. cum igitur electio sit quasi consilij conclusio, vt in 3. Ethic. dicitur. oportet, quod ad bonitatem voluntatis eligentis, concurrat bonitas finis, & bonitas eius quod ad finem ordinatur, & hoc sit, proculdubio actus exterior bonus erit. si autem alterum defuerit, erit voluntas mala & actus malus.

fides non erat, bonum opus non erat, bonum enim opus intentio facit, & intentionem fides dirigit: non valde attendas quid homo faciat, sed quid cum facit attendat, quo laceratos optimæ gubernationis dirigit. His testimonijs insinuari videtur ex affectu, & sine opera esse bona vel mala, quibus consonat quod dominus in euangelio ait. Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala, fructus bonos facere, nomine arboris non lu manę mentis natura: sed voluntas intelligitur, quæ si mala fuerit: nō bona sed mala facit opera. Si vero bona fuerit, bona nō mala facit opera.

finem consequendum multas efficaces vias inueniat, non dicitur bonus consiliator. Secundo quod ad finem bonum consequendum adiuueniat boni operis, per quod finem consequatur. vnde si quis bonum finem consequi intendat per malam actionem, non est bonus consiliator, quia vt ipse dicit fortiter finem, in continentem medio, eo quod illud quod ad finem ordinat, non est proportionatum fini illi, sicut si aliquis veram conclusionem per medium impertinens concluderet. Tertio requiritur vt adiuueniat vtrunque in tempore conuenienti, ne sit præceptus in festinando, vel etiam inutilis in tardando: sed hoc vltimum pertinet ad bonitatem consilij, secundum quod consilium in ratione inquirente, & inueniente est: alia vero ex parte rei & consiliatoris. cum igitur electio sit quasi consilij conclusio, vt in 3. Ethic. dicitur. oportet, quod ad bonitatem voluntatis eligentis, concurrat bonitas finis, & bonitas eius quod ad finem ordinatur, & hoc sit, proculdubio actus exterior bonus erit. si autem alterum defuerit, erit voluntas mala & actus malus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod arbor est ex qua immediate procedit fructus: vnde arbori comparatur voluntas, secundum quod eligens, quia ex electione immediate sequitur opus. Ad secundum dicendum, quod secundum voluntatem dicitur actus exterior bonus vel malus: sed non secundum voluntatem intendentem solum, sed secundum voluntatem eligentem. Ad tertium dicendum, quod ad bonitatem rei, non solum exigitur bonitas finis vltimi, quam respicit voluntas intendens: sed etiam bonitas finis proximi, quem respicit voluntas eligens: & ideo non sequitur, quod bonitas voluntatis intendens, ad bonitatem actus sufficiat.

Ad quartum dicendum, quod quia bonum perfectius & potētius est quàm malum: ideo ad bonum plura exiguntur quàm ad malum, quia bonum consistit ex vna tota & perfecta causa: sed ad malum ex particularibus defectibus, vt Dio. dicit: & ideo defectus voluntatis circa vltimum finem sufficit ad malitiam actionis, nō autem bonitas finis vltimi sufficit ad bonitatem.

Ad quintum dicendum, sicut ad secundum.

ARTICVLVS III.

Utrum actus exterior addat aliquid bonitatis, vel malitiæ super bonitatem vel malitiam voluntatis.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur quod actus exterior, nihil de bonitate & malitia, addat supra bonitatem vel malitiam voluntatis. Primo per id quod dicitur super Math. 11. in Gl. Quantum intendis, tantum facis. Si igitur duo sint, quorum vterque idem bonum intendat, & vnus exequatur, & alius non: v[er]o quod nihil de bonitate per actum exteriorem addat. Præterea. Bernard. dicit, quod bona voluntas sufficit ad meritum: sed bona actio requiritur ad exemplum, & consonant ei, quod Philosophus in 10. Ethic. dicit, quod exteriores actus

Cap. 7.

D. 818.

Cap. 5.

Cap. 4. de diu. nomi.

I. 2. q. 20. art. 4.

Cap. 4.

sunt ad manifestationem virtutis, sed absoluta & perfecta ratio bonitatis in actibus humanis est, secundum quod sunt merito-rij, ergo tota bonitas in actu interiori consistit: & ita per actum exteriorem, nihil de bonitate vel malitia additur.

Cap. 6.

Cap. 9.

¶ 3 Præter. Homo per bonas operationes, in beatitudinem & felicitatem pervenit: sed beatitudo & felicitas humana for- tunæ non subiacet, vrin. i. Ethic. probatur, ergo nec fortuna de bonitate vel malitia operis aliquid auferre potest: sed actus exterior virtutis moralis potest impedi per fortunam, vt in 10. Ethic. dicitur, vt patet in paupere, qui non habet vnde actum liberalitatis exerceat, & in infirmo, qui actum fortitudinis exercere non potest, ergo actus exterior nihil addit, vel dimittit de bonitate actionis humane.

¶ 4 Præter. Quanto actio melior est, tanto maius sibi præmium debetur: sed tota quantitas præmij mensuratur secundum quantitatem radicis, s. habitus actum informantis, cum igitur actus primo eliciat operationes intrinsecas, videtur quod in actibus interioribus, tota efficacia meriti consistat: & ita per exteriorem actum, nihil de bonitate accrescit.

¶ 5 Præterea. Si actus exterior addit aliquid bonitatis supra bonitatem actus interioris, ergo quanto actus exterior maior fuerit, tanto homo magis merebitur: sed hoc falsum est, quod patet ex domini sententia, quam de vidua mittente duo erat in gazophylatium dedit. Luc. 21. Ergo actus exterior non addit bonitatem supra actum interiorem.

¶ 6 Præterea. Duplex bonum melius est: sed actus interior & exterior uterque bonitatem habet, ergo uterque melior est, quam alter tantum.

RESPONDEO. Dicendum, quod actus exterior & actus interior voluntatis, hoc modo comparantur ad invicem, quod uterque, quodammodo est alteri bonitatis causa, & uterque quantum in se est, quandam bonitatem habet quam alteri dat. Actus enim exterior, bonitatem habet ex circumstantiarum commensuratione, secundum quam proportionatus est ad finem hominis consequendum, & quia actus exterior comparatur ad voluntatem sicut obiectum, inde est, quod hanc bonitatem voluntatis actus interior ab exteriori habet, non quidem ex eo, secundum quod est exercitus, sed secundum quod est intentus & volutus, quia secundum quod est exercitus sequitur actum voluntatis: sed quædam ratio bonitatis consistit in actu interioris voluntatis secundum se, secundum quod voluntas est domina suorum actuum, s. in quam bonitatem, actus habet rationem meriti vel laudabilis, & hæc bonitas ex actu interiori, in exteriorem procedit, loquendo igitur de illa bonitate, quam voluntas actui exteriori præbet actus exterior, nihil bonitatis addit: dummodo voluntas equaliter intentus sit, hoc pro tanto dico, quia quidam actus sunt delectabiles, in quibus voluntas non potest esse ita intentus ante actum, sicut est in actu, vt patet in actu fornicationis, vñ non equaliter demeretur, qui vult fornicari, & qui actu fornicatur, quia voluntas non potest esse adeo perfecta ante actum: sicut est in actu. Quidam vero actus sunt difficiles, in quibus voluntas remittitur in actu, & in istis voluntas potest esse magis perfecta ante actum, q. in actu, si autem loquamur de bonitate actus quam actus exterior secundum se habet, sic actus exterior complet interiorem, in bonitate vel malitia, sicut terminus motus complet motum: comparatur enim, vt dictum est, ad voluntatem vt obiectum, & quia ad præmium essentiale ordinatur actus per bonitatem primam, quam habet a voluntate prout liberaliter redditur & ex amore, ideo actus exterior nihil ad

Utrum omnia opera hominis ex affectu & sine, sint bona vel mala.

Ed queritur, utrum omnia opera huius hominis ex affectu & sine, sint bona vel mala. Quibusdam ita videtur esse, qui dicunt omnes actus esse indifferentes, vt nec boni, nec mali per se sint; sed ex intentione bona bonus, & ex mala malus sit ois actus, secundum quos quilibet actus potest esse bonus, si bona intentione geratur. Alijs vero videtur, quod quidam actus in se mali sunt, ita vt non possint esse nisi peccata, etiam si bona habeant causam. Et quidam in

hunc modum exercitum est. ¶ Ad primum ergo dicendum, quod cum dicitur, quantum intendis tantum facis, ly quantum, potest esse adverbium vel nomen, & si sit nomen, tenet in malis, quia quantum aliquis credit, vel intendit peccare, tantum peccat. In bonis autem non, quia potest aliquis tepida voluntate, intendere multum Deo placere: nec tamen tantum placet. Et ratio huius differentie ex supradictis patet, quia plura exiguntur ad bonum, quam ad malum. Si autem ly quantum, sit adverbium, sic verum est & in bonis & in malis, secundum illam bonitatem & malitiam, habet actus ex voluntate eligente: sed per actum exteriorem aliquid inungitur quantum ad bonitatem, & que est ipsius actus exterioris secundum se.

¶ Ad secundum dicendum, quod dicitur Ber. intelligitur quando facultas operandi deest, voluntate perfecta existente, & loquitur tantum quantum ad essentiale præmium, & non quantum ad accidentale.

¶ Ad tertium dicendum, quod bona fortuna, vt in 1. Ethic. dicitur, organice deseruiunt felicitati. Et ideo non est inconueniens, si accidentaliter ad felicitatem conferant, & eorum defectus felicitatem impediunt, quantum ad aliqd felicitati accidentale.

¶ Ad quartum dicendum, quod illud intelligitur de præmio essentiali, quod secundum quantitatem radicis mensuratur, cui non additur per actum exteriorem, si sit perfecta voluntas: sed additur aliquid quantum ad præmium accidentale.

¶ Ad quintum dicendum, quod vidua illa plus alijs misisse dicitur, quia efficaciori voluntate illud dedit, vñ magis merebatur apud Deum de præmio essentiali, q. illi qui maiora munera minori deuotione dabant: sed quantum ad præmium accidentale, illi poterant plus mereri, secundum quod per maiora munera plus satisfaciebant, vel etiam ministros templi plus ad orandum, pro se prouocabant, vel quicquid huiusmodi est, quod actum exteriorem secundum se sequitur.

¶ Ad sextum dicendum, quod voluntas tendit in actum exteriorem, sicut in obiectum, vnde si ad sit facultas operandi, non potest esse voluntas perfecta nisi operaretur: & ideo non est superfluum facere, quia sine actione, nec ipsa voluntas bona esset.

¶ Præterea. Actus exterior in precepto cadit, & iterum ad præmium accidentale confertur.

¶ Ad septimum dicendum, quod bonitatem illam, secundum quam actus exterior vitæ æternæ meritorius est, totum ex voluntate gratia informata habet, secundum quod voluntarius est: & ideo non oportet, quod supra bonitatem voluntatis perfectæ, aliquid adiungat ad meritum essentiale vitæ æternæ punitis.

¶ Iungit ad præmium essentiale, tantum, n. meretur, qui habet perfectam voluntatem aliquod bonum faciendi, quantum si faceret illud, & si facit vnum actum, quantum si faceret multos, voluntate equaliter perfecta manente. Ad præmium autem accidentale ordinatur per bonitatem, quæ est ipsius actus exterioris secundum se: & ideo actus exterior adiungit aliquid ad præmium accidentale, verbi gratia, martyris in quantum exteriùs patitur, victoria de aduersarijs fidei habet, & ex hoc sibi aureola debetur, s. milititer etiã aliquis ex hoc, quod in actum exteriorem frequenter exit, magis habitatur ad bonum, & ex hoc sequitur, quod in charitate crescat. Similiter per actum exteriorem punitur magis quam per voluntatem tantum: & ideo actus exterior adiungit in satisfactionem, & similiter in omnibus alijs, quæ consequuntur bonitatem actus, secundum quod exercitum est.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod cum dicitur, quantum intendis tantum facis, ly quantum, potest esse adverbium vel nomen, & si sit nomen, tenet in malis, quia quantum aliquis credit, vel intendit peccare, tantum peccat. In bonis autem non, quia potest aliquis tepida voluntate, intendere multum Deo placere: nec tamen tantum placet. Et ratio huius differentie ex supradictis patet, quia plura exiguntur ad bonum, quam ad malum. Si autem ly quantum, sit adverbium, sic verum est & in bonis & in malis, secundum illam bonitatem & malitiam, habet actus ex voluntate eligente: sed per actum exteriorem aliquid inungitur quantum ad bonitatem, & que est ipsius actus exterioris secundum se.

¶ Ad secundum dicendum, quod dicitur Ber. intelligitur quando facultas operandi deest, voluntate perfecta existente, & loquitur tantum quantum ad essentiale præmium, & non quantum ad accidentale.

¶ Ad tertium dicendum, quod bona fortuna, vt in 1. Ethic. dicitur, organice deseruiunt felicitati. Et ideo non est inconueniens, si accidentaliter ad felicitatem conferant, & eorum defectus felicitatem impediunt, quantum ad aliqd felicitati accidentale.

¶ Ad quartum dicendum, quod illud intelligitur de præmio essentiali, quod secundum quantitatem radicis mensuratur, cui non additur per actum exteriorem, si sit perfecta voluntas: sed additur aliquid quantum ad præmium accidentale.

¶ Ad quintum dicendum, quod vidua illa plus alijs misisse dicitur, quia efficaciori voluntate illud dedit, vñ magis merebatur apud Deum de præmio essentiali, q. illi qui maiora munera minori deuotione dabant: sed quantum ad præmium accidentale, illi poterant plus mereri, secundum quod per maiora munera plus satisfaciebant, vel etiam ministros templi plus ad orandum, pro se prouocabant, vel quicquid huiusmodi est, quod actum exteriorem secundum se sequitur.

¶ Ad sextum dicendum, quod voluntas tendit in actum exteriorem, sicut in obiectum, vnde si ad sit facultas operandi, non potest esse voluntas perfecta nisi operaretur: & ideo non est superfluum facere, quia sine actione, nec ipsa voluntas bona esset.

¶ Præterea. Actus exterior in precepto cadit, & iterum ad præmium accidentale confertur.

¶ Ad septimum dicendum, quod bonitatem illam, secundum quam actus exterior vitæ æternæ meritorius est, totum ex voluntate gratia informata habet, secundum quod voluntarius est: & ideo non oportet, quod supra bonitatem voluntatis perfectæ, aliquid adiungat ad meritum essentiale vitæ æternæ punitis.

ARTICVLVS IIII.

Utrum eadem actio possit esse bona & mala.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod possit esse eadem actio bona & mala, quia vt in 3. Phys. dicitur, idem

De spu & li. ca. 14. Et lib. sen. profic. 17.

Cap. 9.

1. 2. q. 20. art. 6. Tex. 21. idem

idem motus, qui est in agente est actio, & in patiente passio secundum substantiam ratione differens, sicut eadem est via ab athenis ad thebas, & de thebis ad athenas: sed contingit actionem esse malam & passionem bonam, vnde dicitur, Actio displicet, scilicet Iudæorum passio grata fuit, scilicet Christi. ergo contingit eundem actum esse bonum & malum.

Tex. 39.

¶ 2 Præterea. Vt in quinto Physicor. dicitur, quod vnus motus est cõtinuus, & eadẽ ratione vna actio est, quæ est cõtinua: sed contingit in eadem cõtinua actione vel motu, vt in eundo ad ecclesiam primo haberi bonam intentionem, postea malam, & econuerso. Cum ergo ex intentione iudicetur actio bona vel mala, eadem actio potest esse mala & bona.

Ca. 7. to. 4.

¶ 3 Præterea. Primus motus est peccatum, vt supra dictum est, sed qui restitit primo motui non peccat: immo meretur, contingit autẽ, quod adhuc primo motu durante, cum prius aliquis, non restitit postmodum resistat. Ergo contingit circa eundem motum esse bonitatem & malitiam.

¶ Iste est, si autem intelligatur, q̄ quicquid agat, in peccato semper permanens, dum sine fide sunt, opinio rationabilis est. Nihil est bonum sine summo bono, &c. Infideles igitur tunc sine summo bono, quantum ad illam societatem, quæ est per participationem gratiæ: & ideo gratuitum bonum in eis non est: non tamen sunt sine summo bono, quantum ad hoc quod eius bonitatem per bona naturalia participat. Falsa virtus est etiam in optimis moribus. Quia scilicet, non ducit ad æternam felicitatem, ad quam virtus perfecta & vera, per actus meritorios ducit potest. Sine charitate nullum madorum &c. Verum est quantum ad intentionem precipientis: sed non quantum ad substantiam precepti: & hoc habitum esse dist. 28. Bonum multipliciter accipitur &c. Bonum est in Philosopho diuiditur in vile, delectabile, & honestum. ergo cum hic iste differentie non ponatur: videtur insufficienter distinguere. Sed dicendum, quod Philosophus assignat partes boni, quæ sunt ipsius in se. hic autem assignatur partes boni in ordine ad aliquid. potest autem aliquid accipi esse bonum in ordine ad tria. Primo modo, vt in ordine ad finem: & sic respectu cuiusque finis, dicitur vile. respectu autem finis vicini, qui est vita æterna: dicitur bonum remunerabile, quod est bonum honestum meritorium. Secundo modo, vt in ordine ad aliquid bonum simile: ad quod ordinatur, vel sicut signum: & sic signum boni dicitur bonum, vt patet in sacramentis legalibus, vel sicut precedens eius similitudinem: & sic bonum apparet dicitur bonum. & hoc precipue est bonum delectabile. Tertio modo in ordine ad preceptum, & sic dicitur bonum simpliciter quod lege precipitur: & hoc est etiam remunerabile & honestum. Et secundario dicitur licitum bonum, quod nullo precepto prohibetur. Unde modi Arist. quodammodo includuntur in istis. Peccatum quippe illud cogitandum &c. Ista solutio procedit, si accipiat voluntarium simpliciter & perfecte: quod non in omni peccato inuenitur. Sed si accipiat voluntarium quocunque modo, sic inuenitur in quolibet peccato, vt ipse in processu solutionis ostendit. Quod tamen in voluntate &c. Voluntas dicitur esse in voluntate, dum actus voluntatis proximus, in potestate ipsius potentia existit. vtrumque enim dicitur voluntas, scilicet potentia & actus.

DISTINCTIO XLII.

¶ An voluntas & actio mala in eodem homine, & circa eandem rem, sint vnum peccatum, vel plura.

¶ Vnde autem voluntas mala & operatio peccatum sunt: quæri solet, vtrum in eodem homine, & circa eandem rem. hæc duo vnum sint peccatum, vel diuersa. vt si quis furatur voluntate: voluntatem habuit malam, quæ peccatum est, & actum malum, quod peccatum est. Hæc autem duo diuersa sunt: scilicet voluntas & actio.

¶ Sed nunquid diuersa sunt peccata, an vnum? Quidam dicunt vnum esse peccatum. alii vero diuersa esse peccata dicunt, quia cum cõster hæc duo peccata esse peccata, aut diuersa duo peccata dicitur, aut duo diuersa non peccata. Quibus alii respondent, hæc duo diuersa esse non peccata. Non enim peccata sunt, sed peccata vnum, quia vna puaricatio vel inobedientia in vtroque: admittitur, siue quando vult. siue quando agit, & vnus est ibi contemptus: sed minor cum in voluntate.

¶ Hæc diuersa esse peccata dicunt, quia cum cõster hæc duo diuersa esse peccata, aut diuersa duo peccata dicitur, aut duo diuersa non peccata. Quibus alii respondent, hæc duo diuersa esse non peccata. Non enim peccata sunt, sed peccata vnum, quia vna puaricatio vel inobedientia in vtroque: admittitur, siue quando vult. siue quando agit, & vnus est ibi contemptus: sed minor cum in voluntate.

¶ Hæc diuersa esse peccata dicunt, quia cum cõster hæc duo diuersa esse peccata, aut diuersa duo peccata dicitur, aut duo diuersa non peccata. Quibus alii respondent, hæc duo diuersa esse non peccata. Non enim peccata sunt, sed peccata vnum, quia vna puaricatio vel inobedientia in vtroque: admittitur, siue quando vult. siue quando agit, & vnus est ibi contemptus: sed minor cum in voluntate.

DISTINCTIO XLII.

DIVISIO PRIMAR PARTIS TEXTVS.

¶ Postquam determinauit de peccato in generali: hic determinat de peccato in particulari ad partes eius. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat diuersas peccatorum partes & modos. In secunda specialiter determinat de quodam peccato, quod omnia alia transcendit. 43. dist. Est præterea quoddam genus peccati. &c. Prima in duas. In prima inquirat ea quæ possunt ad constructionem vnus peccati conuenire, quasi integrantia peccatum & constituentia. In secunda prosequitur diuersas peccatorum diuisiones. ibi. Modi autem peccatorum &c. Prima diuiditur in duas. In prima inquirat, an actio exterior & voluntas conueniant ad constitutionem vnus peccati. In secunda inquirat, vtrum

rit, vtrum adhuc sit aliquid aliud in peccato præter actum interiore & exteriori. ibi. Præterea solet quæri cum aliquo, &c. Circa primum duo faciunt. Primo mouet questionem. Secundo determinat eas, in diuersorum opinionibus. ibi. Quid dicunt vnum esse peccatum, &c. Et hæc diuiditur in tres, in tres obiectiones, quibus vna opinio contra aliam inuenitur. Secunda incipit, ibi. Sed adhuc eisdem obiectis, &c. Tertia, ibi. Item & adhuc questionibus, &c. Præterea solet quæri, &c. Hic inquirat vtrum præter actum interiore & exteriori, sit aliquid aliud in peccato quod remaneat, actu transiit. Et circa hoc tria faciunt. Primo ostendit, q̄ transiit actu interiore, & exteriori, remanet reatus. Secundo, ostendit quomodo reatus dicitur. ibi. Reatus in scriptura multipliciter accipitur, &c. Tertio in reatus diuersitatem assignat diuersa genera peccatorum. ibi. Duo enim sunt peccatorum genera, &c.

¶ Aliis contra eosdem oppositio.

¶ Ed ad huc eisdem obicitur: si vnum tantum peccatum illa duo peccata sunt.

QVAESTIO PRIMA.

Hic quinque quaruntur.

- Primo. Si voluntas & actus exterior sunt vnum peccatum.
Secundo. Si transiit actu, remanet reatus.
Tercio. De diuisione peccatorum per veniale & mortale, quæ penes reatum sumitur.
Quarto. De differentia venialis & mortalis: & precipue quantum ad genus operis.
Quinto. Vtrum peccatum mortale prænam æternam mereatur: & in hoc a veniali differat.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum voluntas peccati & actus sint duo peccata.

3. d. 40. ar. 1 ad 1. Et Malo. q. 2. ar. 2. ad 3. & 11.

¶ PRIMUM sic proceditur. Videtur, q̄ voluntas & actus sint duo peccata, quia Aug. dicit, q̄ ex hoc est aliquid peccatum, quia diuini legibus contrariatur: sed duo præcepta sunt diuersa, quibus prohibetur voluntas interior & actus exterior, vt patet Exod. 20. Non furaberis. Item & non concupisces rem proximi tui. ergo actus exterior & interior, & voluntas praua, sunt diuersa peccata.

Dam. l. 3. c. 18. Philosophus 3. anima tex. 42.

¶ 2 Præc. Non potest aliquid magis malus effici & magis peccator, nisi per hoc, q̄ peccatum peccato accumulatur: sed magis peccat, qui voluntate & actu peccat, q̄ qui voluntate vel actu tantum, vt patet. Matth. 5. Vbi grauior pœna redditur opprobria dicenti, q̄ solum contra fratrem irato. ergo oportet, q̄ actus additus exterior, sit aliud peccatum.

¶ 3 Præc. Diuersorum habituum sunt diuersi actus: sed non est idem habitus perficiens id quod est rationale per essentiam, & rationale per participationem. cum igitur peccatum voluntatis sit in actu eius, quod est rationale per essentiam, quia voluntas in ratione est: vt Damasc. & Philosophus dicunt. actus autem exterior in eo quod est rationale per participationem quo mediante ab intellectu motus exterior egreditur: videtur q̄ non sit vnum peccatum voluntatis & actus exterioris.

¶ 4 Præc. Multiplicato superiori multiplicat inferiori. vnus enim homo non est plura animalia: sed actus est superior ad peccatum: quia peccatum nihil est aliud quam quidam actus inordinatus. cum igitur actus voluntatis, & actus exterior sint diuersi actus, quia a diuersis procedunt potentibus: videtur q̄ non sunt vnum peccatum voluntatis interioris, & actus exterioris.

2 Top. c. 1.

¶ 5 Præc. Vnum accidens non potest in diuersis subiectis esse: sed actus interior est sicut in subiecto in voluntate: curus est actus. aut exterior in potentia mouente organum. ergo non potest esse vnum peccatum: cum peccatum sit quoddam accidens.

¶ voluntatem, ergo voluntas & actus exterior non sunt duo peccata, sed vnum.

¶ Solutio. dicendum, q̄ cum vnum & ens conuertitur: oportet vt in eodem a quo res habet esse, iudicium de eius vnitate & multiplicatione accipiat, sicut patet in naturalibus, vbi res habet esse per formam: habet etiam vnitatem per formam. unde oportet, q̄ diuersarum rerum sint diuersa forma: quæ fortassis principium multiplicationis for- nãe sit materia: d. diuisio, vt in his, quæ numero tantum differunt: nihilominus tamen, non possent esse pluralitas hominū, nisi essent plures formæ humanae, & sic de aliis: sicut autem superius ostensum est, actus non ponitur in genere moris, nisi propter voluntatem. s. q̄ est a voluntate elicitus, vel imperatus: & ideo in vnitate voluntatis est sumendum iudicium de vnitate eius, quod in genere moris dicitur: unde contingit aliquid quod est vnum in genere naturæ consideratum, vt vnum motum continuum esse plures in eo q̄ ad genus moris retorquetur, si voluntas in actu variatur, vt quædam bona intentione quis incipit & mala terminat, vt supra ostensum est: & e contrario contingit esse actus plures, in eo q̄ ad genus naturæ referuntur, qui tamen sunt vnum secundum q̄ in genere moris considerantur, vt patet in eo qui furatur: quia ois actus eius, qui ad finem furci ordinatur, peccatum sunt: cum mala intentione fiant, qui possunt valde multi esse: & tamen omnes computantur vt vnum peccatum, quia non habent rationem peccati, nisi in eo q̄ per vnã voluntatem in vnum peruersum finem ordinantur. sic ergo distinguere oportet in proposito, quia cum queritur vtrum voluntas & actus exterior sint diuersa peccata. aut intelligitur de voluntate coniuncta actui exteriori, aut de voluntate præcedente. Si de coniuncta, sic oportet quod peccatum vnum sit voluntas interior & actus exterior, quia voluntatis non multiplicatur actus. Si autem de voluntate separata, sic est aliud peccatum, quia actus voluntatis multiplicatur. Quando enim actum explet exteriori, etiam actum voluntatis iterat: & ideo oportet, q̄ sint duo peccata: non propter diuersitatem actus interioris & exterioris: sed propter diuersitatem duorum actuum interiorum voluntatis.

D. 73.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ in hoc præcepto, non concupisces rem proximi tui, non prohibetur illa voluntas furandi, quæ est coniuncta actui, sed quæ est ab actu separata, quæ etiam sine actu quandam turpem iocunditatem habet: quæ autem coniuncta est actui prohibetur, illo præcepto, quo furum prohibet. nihil enim cadit sub præcepto, vel prohibitione, nisi in eo q̄ est in voluntate.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ intensio, & remissio in his quæ secundum magis & minus dicuntur: non est per additionem licet in his, quæ secundum quantitatem augumentantur, in quibus quantitas quantitati additur, vt maior quantitas fiat. non enim calor calori additur, vt magis calidum fiat, nec curuitas curuitati, vt fiat magis curuum, vt in 4. Phys. dicitur, sed causatur intensio ex hoc, q̄ illud quod intenditur magis perfectum inuenitur & supposito impermissius. unde non oportet ad hoc, quod aliquid magis peccet, quod peccatum addatur, quia sic qualibet circumstantia aggrauans, peccatum esse: sed oportet, vt deformitas peccati perfectior sit. & hoc contingit quando aliquis peccatum exteriori peccat, quia maior est deformitas, quæ in actu interiori & exteriori est, quam illa, quæ tantum in voluntate est, nisi forte sit voluntas completa, quæ pro actu reputatur.

Tex. 84.

¶ Ad tertium dicendum, quod a diuersis habitibus diuersi actus eliciuntur: non tamen oportet, quod semper illi actus diuersi, sint diuersa peccata, vel etiam diuersa merita, sed possunt esse vnum, vt patet, precipue quando vnum peccatum imperat actus alterius peccati, vt cum quis furatur propter gulam. est enim tunc vnum peccatum diuersas habens deformitates, quæ inuis sint ibi plures actus.

¶ Ad quartum dicendum, quod actus simpliciter acceptus, non est genus peccati, nisi secundum quod sub voluntate cadit, & ideo vbi non multiplicatur actus voluntatis, non multiplicatur peccatum.

¶ Ad quintum dicendum, q̄ peccatum sicut in primo subiecto est in voluntate, sicut supra dictum est & ideo non est inconueniens, vt peccatum in diuersis actibus consistat, quia in quantum sunt actus

hnt subiecta diuersa potestas, felicitates adu. inquit si vero ad genus moris pinent, habent vnum subiectum voluntatem.

ARTICVLVS. II.

Verum reatus peccati maneat post peccatum.

1.2. q. 87. arti. 6 Et 3. q. 86. arti. 4.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, qd post actum peccati, reatus no remaneat. Cessante. n. causa, cessat effectus: sed aliquis no est reus peccati, nisi pp actum, ergo post actum no remanet reatus. Si dicatur, qd aliquis est reus peccati, non solum quia hoc facit, sed in differenter quia hoc facit, vel quia hoc fecit.

1. Contra: manere causa, manet effectus: sed ex quo alius actus peccati fecit, non potest illud non fecisse, quia vt quod prateritum est non fuerit, etiam nec Deus facere potest, vt in primo libro dictum est Dist. 42. ergo nunquam aliquis a reatu culpa absolui potest. Si dicatur, qd reatus manet post actum pp effectum, quem actus in subiecto relinquit, qui remoueri potest. 2. Contra: effectus relictus ex actu est dispositio habitus: sed propter neutrum istorum homo reus peccati tenetur, quia homo a reatu peccati absoluitur adhuc dispositione ad peccatum per consuetudinem inducta in eo manente: & similiter quandoque dispositio & habitus tollitur: & tamen reatus remanet, vt quando aliquis per auaritiam peccans, habitum auaritie acquirit, qui postmodum habitus corrumpitur in eodem per prodigalitatis actus, ex quibus habitus contrarius generatur, etiam sine hoc, qd gratia interueniat que reatum soluit, ergo non potest dici, qd propter effectum relictum ex actu, reatus post actum remaneat. Si dicatur, qd non manet reatus post actum propter effectum praedictum, sed propter maculam.

3. Contra: macula illa si non sit dispositio, vel habitus, nihil aliud potest esse quam gratiae priuatio: sed priuatio gratiae communis est omnibus peccatis mortalibus, ergo ex omnibus mortalibus manet vna macula: & ita vnus reatus, quod falsum est. 4. Præ: Insuper gratia, cessat gratiae priuatio: sed adhuc tamen aliquis reatus manet quod homo ad poenam saltem temporalem obligatur, ergo non videtur, qd per priuationem gratiae reatus post actum remaneat.

5. Contra. Nullus punitur iuste, nisi ad poenam obligatus: sed peccatores iuste puniuntur postquam actu non peccant, ergo sunt obligati ad poenam, ergo est in eis reatus, qui nihil aliud est quam obligatio ad poenam.

6. Præ: Sicut se habet actus virtutis ad praemium: ita se habet peccati actus ad poenam: sed transeunte actu virtutis, adhuc manet meritum praemii, ergo transeunte actu peccati, adhuc manet reatus poenae.

7. Respondet. Dicendum, qd reatus dicitur secundum, qd aliquis est reus poenae: & ideo proprie reatus nihil est aliud quam obligatio ad poenam, & quia haec obligatio quodammodo est media inter culpam & poenam, ex eo, qd propter culpam aliquis ad poenam obligatur: ideo nomen medium transmittitur ad extremam, vt interdum ipsa culpa, vel etiam poena reatus dicitur, vt in littera dicitur. Cum autem poena sit medicina quaedam, vt Philosophus in 2. Ethic. dicit, & medicina non datur nisi contra defectum aliquem: oportet, qd ad poenam aliquis pro aliquo defectu obligetur, no qd ille defectus semper sanetur per poenam in eo, in quo est, vt patet in damnatis, & in fure qui suspenditur: sed poena recompensat defectum in statu vniuersi, vel etiam rei publicae propter ordinem iustitiae, qui in poena apparet, non autem defectus quilibet ad poenam obligat. Sunt enim defectus quidam inuoluntarii magis misericordiam, quam iram prouocantes: sed illi solum defectus, qui ex actibus voluntatis relinquantur poenam merentur in eo, qui voluntarie in defectum inducitur: vnde cum transeunte actu remaneat defectus: oportet qd etiam reatus remaneat post actum.

8. Ad primum ergo dicendum, qd causa proxima reatus est ipse defectus per actum peccati inductus: actus vero est sicut causa remota: vnde non oportet, quod transeunte actu, reatus transeat.

9. Ad secundum dicendum, quod non solum quia verum est dicere aliquem actum peccati quandoque egisse, ad poenam obli-

Cap. 3.

gatur, quia sic quandoque verum esset dicere eum hoc fecisse, esset poena obnoxius: sed quia defectus manet in ipso adhuc propter actum quem prius fecit.

10. Ad tertium dicendum, quod reatus non fundatur per se loquendo super dispositionem, vel habitum: sed per accidens, in quod talis dispositio vel habitus: cuiusdam defectui coniungitur.

11. Ad quartum dicendum, quod priuatio gratiae non habet rationem maculae, nisi secundum quod est actu praecedenti inducitur: & ideo in diuersitate actus, sicut etiam diuersae maculae: quoniam n. quolibet actu peccati mortalis, quilibet virtus priuatur: non tamen eodem modo: sed actu luxuriae castitas per se priuatur: & aliae virtutes ex consequenti, in quod sunt castitati annexae: per se autem actus iustitiae per se & aliarum virtutum ex consequenti: & sic de aliis: ideo non oportet, quod omnium peccatorum sit vna macula, vel vnus reatus.

12. Ad quintum dicendum, quod in peccante sunt duo defectus: vnus qui est in ipso actu peccati, in quod aliquis limites legis diuinae, & rationis rectae transgreditur. Alius est in ipso peccatore, priuatio virtutis ex priori defectu actus inducta, quamuis autem cum aliquis gratiam recuperat secundum defectus tollitur: non tamen ex toto primus subiacet, quia oportet, vt quantum voluntati suae obediuit prae legem Deitatum, etiam in contrarium recompensetur: sic iustitiae seruatur aequalitas: & ideo post gratiam recuperatam iniungitur satisfactio: & est adhuc homo reus temporalis poenae.

ARTICVLVS. III.

Verum peccatum conuenienter diuidatur in mortale & veniale.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod peccatum inconuenienter per mortale & veniale diuidatur. Ea enim in infinitum differunt, in vno genere non conueniunt, sicut creator & creatura, ens & non ens: sed veniale & mortale sunt huiusmodi: cum vni debeat poena temporalis, alteri aeterna, vt patet in littera, ergo peccatum per hoc duo diuidi non debet.

2. Præ: Determinatio diminuens de ratione eius, cui addit inferri oppositum eius, bene enim sequitur: est homo mortuus, ergo non est homo: sed veniale est determinatio diminuens de ratione peccati, ex hoc enim, quod peccatum est, est dignum poena, & non veniale. ergo veniale peccatum non debet conditum re peccatum contra mortale, sicut nec animal mortuum conditum animal contra animal viuum.

3. Præ: Diuisio omnis debet fieri per opposita, sed veniale & mortale non sunt opposita: cum se simul compatiuntur, ergo in conuenienter peccatum per mortale, & veniale diuiditur.

4. Præ: Culpam opponitur gratiae: sed veniale non opponitur gratiae, quia stat simul cum ea, ergo veniale non est peccatum, & sic non debet diuidere genus peccati contra mortale.

5. Præ: In omni peccato est auersio ab incommutabili bono tanquam formale: sed veniale non habet auersionem a bono incommutabili: quia peccans venialiter non auertitur a fine vltimo, sed via inordinatè in heret, ergo veniale peccatum non proprie est peccatum, & sic idem quod prius.

6. Contra. Ioan. 1. Si dixerimus, quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, &c. Constat autem, quod non loquitur de mortali peccato, quia sine illo sunt Sancti, ergo oportet ponere peccatum veniale.

7. Præ: Dispositio & habitus ad eadem speciem qualitatis pertinent, vnde inuenitur scientia, dispositio, & habitus, ergo oportet a simili, quod in peccato inueniatur aliquid quod se habet per modum dispositionis, & aliquid quod habet perfectam rationem peccati, dispositio autem ad peccatum mortale, est peccatum veniale. ergo mortale peccatum oportet supponere veniale.

8. Respondet. Dicendum, quod est duplex modus diuidendi commune in ea, quae sub ipso sunt, sicut est duplex commun-

1.2. q. 88. arti. 1. Et supra d. 2. l. q. 2. arti. 3. Et cont. 3. cap. 143.

reatus modus. Est enim quaedam diuisio vniuersi in species per differentias quibus aequaliter natura generis in speciebus participatur, sicut animal diuiditur in hominem, & equum, & huiusmodi: alia vero diuisio est eius quod est commune per analogiam, quod quidem secundum perfectam rationem praedicatur de vno diuidentium, & de altero imperfecte, & secundum quod, sicut ens diuiditur in substantiam & accidens, & in ens actu, & in ens potentia: & haec diuisio est quasi media inter aequiuocum, & vniuocum, & talis diuisio est peccati in mortale & veniale, quia ratio peccati perfecta in mortali inuenitur: in veniali vero non nisi imperfecte, & secundum quod, vnde minimum quod potest esse de ratione peccati in aliquo actu, est in veniali, sicut minimum quod potest esse de natura entis, est in ente in potentia, & in ente per accidens, & hoc ipsa nomina ostendunt, quia venia non debetur peccato, nisi secundum quod aliquam perfectionem peccati habet: mors autem debetur peccato in quantum peccatum est: & ideo mortale peccatum perfectum quid in genere peccati dicitur: veniale autem imperfectum.

D. 549.

1. Ad primum ergo dicendum, quod mortale & veniale non conueniunt in peccato, sicut in genere vniuersi de eis praedicato: sed sicut in eo quod est per analogiam commune est. Ad secundum dicendum, qd veniale debet alicui dupl. vel sicut ei qd indulget, vel sicut ei qd est indulgentiae ratio: sicut ei qd indulgetur, non debetur alicui, nisi peccati, quia nihil indulgetur, nisi quod poenam meretur: sicut ei quod est indulgentiae ratio nunquam venia peccato debetur: sed vel infirmitati, vel alicui quod facit imperfectum in genere peccati. peccatum autem veniale non dicitur veniale, sicut remissionis ratio: sed sicut id quod facile remittitur propter imperfectionem peccati. vnde per hoc, quod dicitur veniale, non tollitur tota ratio peccati: si eum per hoc, quod dicitur mortuum, tollitur tota ratio hominis. vnde non sequitur, qd veniale peccatum non sit peccatum: sed est imperfectum quid in genere peccati.

2. Ad tertium dicendum, quod oppositio venialis, & mortalis est secundum perfectum & imperfectum. vnde non omnino excludunt se: sed vnus est dispositio ad aliud. Vel dicendum, qd opposita in esse eadem non secundum idem, non est inconueniens: & ideo cum peccatum veniale, & mortale non sint in homine in eundem actu: sed in diuersis, qui etiam simul non sunt, non oportet, quod tollatur oppositio venialis, & mortalis. Ad quartum dicendum, qd peccatum quod completam rationem culpe habet, directe gratiae opponitur: peccatum vero veniale quod imperfectam rationem culpe habet: non opponitur gratiae nisi indirecte, vt. est dispositio quaedam ad mortale, quae autem se sunt opposita, non est inconueniens esse simul, sicut fecitas, quae dispositio est ad calorem est simul cum frigore, vnde non est inconueniens, qd veniale sit culpa, & simul cum gra, Ad quintum dicendum, quod auctori a hinc incommutabili est dupliciter, vel in habitu, vel in actu tantum: secundum habitum auctori, qui sibi alium finem contrarium ponit: & hoc est in peccato mortali. vnde qui peccat mortaliter est sicut recedens a via: in actu vero tantum aliquis auertitur, quando aliquis auctorem aliquem facit quo in Deum non tendit ex eo, quod inordinate ei quod est ad finem iuharet: non tamen ita, vt illud qd est ad finem quasi finem constituat: & hoc est in peccato veniali. vnde peccans venialiter similiter ei, qui nimis moratur in via: & hoc non est auctori, nisi secundum quid, sicut etiam quod retrahat motum corporis grauis non auertit grauitatem suam, & inclinationem in suum, auertit autem, si contrarium sibi motum daret, vt quando ex graui leue generatur.

ARTICVLVS. IIII.

Verum peccatum veniale distinguatur a mortali.

1.2. q. 88. arti. 2. Et Ma. 1. q. 2. arti. 8.

AD QVARTUM sic proceditur. Videtur, qd veniale peccatum a mortali non distinguatur. Quicquid enim tollit virtutem est mortale peccatum: sed de peccato tollit virtutem, quia de peccatu recessus ab aequalitate est. virtus autem aequalitas

quaedam est, ergo peccatum veniale a mortali non distinguatur. 2. Præ: Ea quae per se distinguuntur, non transmutantur inuicem, sed veniale & mortale inuicem transmutantur, quia nihil adeo est veniale, quod non fiat mortale, dum placet. Similiter omnis culpa mortalis per confessionem fit venialis, vt Ambrosius dicit, ergo veniale, & mortale non distinguuntur, nisi per accidens. Si dicatur, qd peccatum mortale distinguitur a veniali, quia mortale est contra praecipitum, veniale praeter praecipitum.

Apolog. Dauid circa fi.

3. Contra: in hoc differunt praecipra disciplinae legis naturalis, quod praecipra legis disciplinae prohibent ea, quae non sunt mala, nisi quia prohibita: praecipra vero legis naturalis, prohibent ea, quae sunt prohibita, quia mala, ergo in

4. Præ: Præter affirmationem nihil est, nisi negatio, & praeter negationem, nihil est, nisi affirmatio, cum inter affirmationem & negationem, nihil sit medium: sed qui non facit quod praecipit affirmatio praecipitur contra praecipitum committit: similiter qui facit quod praecipit negatio prohibetur, contra praecipitum facit, ergo quicumque peccat praeter praecipitum, peccat contra praecipitum: & ita distinctio nulla est. Si dicatur, qd differunt mortale & veniale, ex hoc, qd veniale est exitus a medio virtutis: tamen prope medium, mortale autem exitus longinquus a medio, sicut dicit Philosophus in 2. Ethic. qd qui parum recedit a medio, non vituperatur.

5. Contra: quia sicut ibidem dicitur, non est determinatum apud nos, quando multum, & quando parum a medio recedat. Si ergo non differat veniale a mortali nisi secundum parum & magnum recessum, non posset apud nos determinari quod esset peccatum mortale, & quod veniale, qd esset valde periculosum.

6. Contra. Diuersitas poenarum respondet diuersitati culparum: sed poena temporalis differat a aeterna, ergo & peccatum veniale differat a mortali, cum vni debeat poena temporalis, alteri aeterna.

7. Præ: In quolibet genere perfectum & imperfectum habet determinatam distinctionem: sed veniale & mortale, differunt vt perfectum & imperfectum in genere peccati, vt ex praedictis patet, ergo oportet, quod habeant determinatam distinctionem adinuicem.

8. Respondet. Dicendum, qd vt ex dictis patet, veniale peccatum dicitur, cuius reatus facile soluitur: & ideo veniale tripliciter dicitur. Vno modo dicitur veniale ex causa, quod quidem facile remissibile est, quia causa peccati quandam rationem venie habet, sicut ea, quae per ignorantiam, & infirmitatem peccantur. Secundo dicitur, veniale ab euentu, quia, si aliquid peccati superueniens, efficitur poena eius cito solubilis, sicut confessio adueniens peccato mortali, facit poenam eius proportionatam virtutis poenitentis virtute clauium. Tertio dicitur veniale, quod ipse actus per se facile remissibilis est, eo quod non perfecte pertingit ad plenam rationem peccati, & illud proprie dicitur veniale, de quo nunc agitur, qd a mortali distinguitur. Primo, & secundo modo dictum veniale, no distinguitur a mortali, quia mortale, potest per ignorantiam fieri, & illud quod est mortale, fit veniale per confessionem. Imperfectio autem peccati potest esse dupliciter, vel ex genere actus, vel ex parte peccati: genus autem ipsius actus sumitur ex materia, & obiecto, vnde sicut dicitur bonum ex genere propter debitam materiam: ita malum ex genere propter indebitam, & est veniale ex genere propter materiam, in qua peccatur. In illa autem materia peccatum perfecte inuenitur, in qua si peccetur, virtus charitatis ad Deum, & ad proximum dissoluitur, per quam vita est animae: & ideo quod aliquis peccat in his, sine quibus recte seruatis, non remanet subiectio hominis ad Deum: & foedus humanae societatis: tunc est peccatum mortale ex genere, & talia peccata Philosophus malitias appellat: vnde vult, qd non omnis viriosus sit malus, sicut patet, quod non potest homo debite Deo esse subiectus: si Deo non credat, si ei non obediat, & huiusmodi. Similiter etiam foedus humanae vitae seruari non posset, nisi vnicuique ser-

Secundus sent. S. Tho. S. uaretur

Cap. 9.

Dist. 8.

vaeretur quod suum est: & ideo furtum, & alia species iniusticie sunt peccata mortalia ex genere: & similiter est in omnia aliis. Ea vero, sine quibus societas humana servari potest, non faciunt peccatum esse mortale ex genere: quia minus etiam deformis actus sit sicut superfluum ludus, & aliquid huiusmodi: & talia dicuntur venialia ex genere: sed sicut quod est bonum ex genere, potest fieri male: & non econverso: ita quod est veniale ex genere, tali modo potest fieri, quod erit mortale, ut si credatur esse mortale, quod veniale est: est tantum quis in re temporalis delectatur, ut finem sibi in ea constituat, quia sic non servatur debita reverentia ad Deum qui est ultimus finis:

& circa quem omnia sunt diligenda: ex parte vero peccantis est imperfectio peccati propter imperfectiorem potentiam elicientis actum, sicut primi motus sensualitatis, qui deliberationem precedunt peccata venialia sunt: quamvis in materia sint mortalis peccati, sed haec sunt venialia per accidens: & ideo adveniente consensu rationis deliberatae, efficiuntur mortalia.

Ad primum ergo dicendum, quod veniale non corrumpit virtutem quantum ad habitum: hoc enim mortale est proprium: sed exit ab equalitate quam ratio ponit in actu virtutis. Ad secundum patet solutio per ea, quae dicta sunt, quia procedit de veniali ex euentu: & iterum quod veniale fiat mortale non est inconueniens, sicut etiam quod est bonum ex genere, potest male fieri.

Ad tertium dicendum, quod praecipua legis intendunt hominem ordinare ad dilectionem proximi, & Dei, quia finis praecipui est charitas. 1. Timor. 1. Et ideo illa sola mortalia sunt ex genere, de quibus dictum est, haec enim dicitur de sunt contra praecipua legis: non solum legis scriptae, sed etiam naturalis: quamvis autem aliquid non sit malum: quia est prohibendum lege exteriori, tamen ideo est malum, quia prohibetur lege interiori: lex enim interior est ipsum lumen rationis quo agenda discernimus, & quicquid in humanis actibus huic lumini est confonsum, totum est rectum, quod autem contra hic lumen est homini, est innaturale & malum, & pro tanto malum dicitur, quia prohibetur interiori lege.

Ad quartum dicendum, quod affirmatio opposita praecipuo negativo est, & praeter praecipuum: & contra praecipuum, similiter & negatio opposita affirmatio: sed quaedam negationes, & affirmationes sunt non oppositae directe ipsi praecipuo affirmatiui, & negatiui: sed indirecte, quia disponunt ad ea, quae directe opponuntur: & ideo huiusmodi sunt praeter praecipuum: haec enim etiam hoc modo non discordant a lumine rationis, ut ab ultimo fine abducentia: sed ut quaedam impedimenta finis.

Ad quintum dicendum, quod hoc modo esse proximum medio, vel remotum, ut dictum est, facit peccatum mortale, & veniale, & non sicut obiecto tangit, ut sit differentia secundum hoc, quod est abduci a fine virtutis, & non abduci: & non solum secundum intentionem & remissionem circumstantiarum, ut obiectio procedit.

ARTICVLVS V.

Utrum peccatum mortale, & veniale differant per poenam aeternam, & temporalem.

1. 2. q. 72. ar. 5. Et q. 87. ar. 2. Et 3. q. 86. ar. 4. Et Male. q. 6. 7. ar. 1. co. Et opul. 3. c. 185. Et Ro. 2. lect. 2.

Ad quintum sic proceditur. Videtur, quod peccatum mortale & veniale non differant per aeternam poenam, & temporalem. Quaeunque finita sunt, possunt habere aliquam proportionem ad invicem: sed conuersio, quae est in peccato veniali finita est: & similiter quae est in peccato mortali. ergo proportionabiles sunt: sed secundum mensuram delectationis, quae ex parte conuersionis se tenet, est quantitas poenae. 18. Quantum gloriificavit se in delictis, &c. ergo & poena venialis debet proportionari poenae mortalis: & ita non differunt secundum aeternam, & temporalem.

Prater. Secundum quantitatem culpae, est quantitas poenae: sed ille qui peccat mortaliter, non peccat infinito tempore: quamvis in infinitum bonum peccet. ergo etiam non debet puniri aeterna poena, sed damno infiniti boni ad tempus. Si dicitur, quod puniatur aeternaliter, quia peccavit in suo aeterno.

& transire, scilicet actu & reatu. Actus est in aliquo dum ipsum quod peccatum est, ut actio, vel voluntas in peccante est. Reatu vero cum pro eo, siue transferit: siue assit: mens hominis polluta est, & corrupta: totusque homo simpliciter obligatur perpetuis: nec vnquam est in aliquo peccatu actu praeter originale quin sit etiam reatu. Sed est reatu intelligendum postquam transit actu.

Contra, quia multi sunt qui non toto tempore vitae suae in peccato actu perdurant: sed dum peccant, cogitant se quandoque a peccato actu recessuros. ergo talis secundum hoc in suo aeterno non peccavit: & ita non debet puniri aeterna poena.

Prater. Nullus iudex, nisi sic crudelis, infligit poenam quasi delectatus in poena: sed propter emendationem. Si igitur Deus est piissimus iudex, non infligit poenam pro peccato mortali, nisi propter emendationem eorum, quae puniunt: & ita videtur, quod non in aeternum puniatur.

Quibus modis dicitur in scriptura reatus.

Reatus autem in scriptura multipliciter accipitur, scilicet pro culpa, pro poena, & obligatione poenae temporalis, vel aeternae. Si enim mortale est: obligat nos poenae aeternae. Si veniale: obligat nos poenae temporalis. duo enim sunt genera peccatorum, mortaliuum, & venialium. Mortale

suae in peccato veniali perduret. Si igitur aliquis puniatur aeternaliter, ut dicit Gregorius, quia in suo aeterno peccavit: videtur, quod talis aeternaliter puniri debeat.

Prater. Ponatur quod aliquis moriatur in peccato mortali, & veniali: constat, quod si statim moriatur, ad infernum descendit, cum ergo veniale non remaneat impunitum, ibi puniatur, non tantum pro mortali: sed etiam pro veniali, sed poena inferni est aeterna, quia in inferno nulla est redemptio. ergo peccatum veniale aeterna poena puniatur.

Prater. Sit ita, quod aliquis ad perfectam aetatem veniens im baptizatus: in qua iam peccati poena reus teneri potest: & in primo instanti illius temporis venialiter peccet, & moriatur: constat, quod ille pro peccato veniali puniatur, non autem in limbo puerorum, quia poena sensibilibus, quae veniali debetur non est ibi, nec etiam in purgatorio, quia gratiam non habet sine qua nulla purgatio peccati esse potest. ergo puniatur in inferno pro veniali, & ita veniale ad mortem aeternam obligat, sicut & mortale.

Respondens, dicendum, quod ratio quare mortale peccatum ad aeternam poenam obligat, potest sumi ex tribus. Primo ex parte eius in quem peccatur, qui est infinite magnus, scilicet Deus: unde & offensae illius infinita poena digna est, quia quanto est dignior, in quem peccatur: tanto peccatum magis puniatur. Secundo ex voluntate peccantis. constat enim, quod peccans mortaliter finem delectationis suae in eo, in quo mortaliter peccat, ponit, ut etiam Deum pro illo contemnat, constat autem, quod quicumque summe diligit aliquid sicut finem suae voluntatis, ex hoc ipso velle semper sibi adhereret: & ideo peccans mortaliter illo actu voluntatis quo peccatum mortale eligit: eligit peccato semper adherere, nisi per accidens retrahatur, vel timore poenae, vel aliquo huiusmodi, sed si infante adherere possit, semper adhereret: & ideo in suo aeterno peccat: & propter hoc aeterna poena est digna. Tertio ex ipso statu peccatis mortaliter, qui per peccatum gratia priuatur. unde cum sine gratia non possit fieri remissio culpae: si in peccato mortali moriatur: semper in culpa remanebit, cum vterius non sit gratia susceptibilis. manente autem culpa semper est obnoxius poenae: aliam remaneret aliquid inordinatum in vniuerso: & ideo talis in aeternum puniatur: peccatum vero veniale, neque contra Deum est, neque in eo finis constituitur, neque gratiam priuatur: & ideo non debetur sibi poena aeterna, sed tantum temporalis.

Ad primum ergo dicendum, quod conuersio mortalis, & venialis peccati non sunt proportionales: quia per vnam adheretur rei temporalis, ut fini: per aliam, ut ei quod est ad finem: & haec duo non sunt proportionabilia, quia non sunt eiusdem generis. proportio enim est commenturatio quantitatum eiusdem generis, ut dicitur in 5. Eulcidis.

Ad secundum dicendum, quod ex hoc, quod contra infinitum peccat, debetur sibi poena infinita. non autem potest esse infinita acerbitate, quia in creatura finita non potest esse qualitas infinita: sed recompensatur per durationem infinitam, quia creatura rationalis durationis in infinitum capax est: & quia actualiter peccavit, debetur sibi non solum poena damni: sed etiam poena sensus.

Ad tertium, quod non dicitur in suo aeterno peccasse, quia semper in actu peccati permanferit: sed quia in vno actu voluntatis adhasset peccato tali modo, ut ei in aeternum adhereret si impune posset. Vel dicendum, quod dicitur in suo aeterno peccasse, qui mortaliter peccavit, quia priuauit se gratia per peccatum mortale, sine qua homo non potest a peccato liberari: & ideo impotentem se reddidit ad resurgendum. unde quantum in ipso fuit se obligauit, ut in peccato in aeternum permaneret.

Ad

Ad quartum dicendum, quod Deus non infligit poenam eter- nam quasi in poena propter poenam delectatus: sed quia delectatur in ordine iustitiae: suae, cuius pulchritudo apparet in perpetua poena perpetuae culpae.

Ad quintum dicendum, quod peccans venialiter, non peccat in suo aeterno, quia neque adheret peccato veniali, ut fini, quia iam est mortale, neque etiam impotentem se reddit ad resurgendum: & ideo non debetur sibi poena aeterna: quamvis fortasse toto tempore vitae suae in veniali permaneat.

Ad sextum dicendum, quod ille qui decedit cum mortali & veniali simul, puniatur in inferno pro veniali, & puniatur in aeterno: longum tamen minus acerba poena quam illa quae est pro mortali: hoc autem accidit veniali, in quantum mortali coniunctum est, quod gratia priuatur, sine qua nulla poena potest esse purgatiua, & expiatiua.

Ad septimum dicendum, quod positio illa est impossibilis, quod sic patet. Si enim aliquid est sufficiens ad excusandum peccatum: minus multo amplius sufficit ad excusandum minus: sed imperfectio aetatis, excusat peccatum mortale, ut puer nondum vltimum lib. ar. habens peccati mortalis reus non habeatur, etiam si actus faciat, qui ex genere peccatum mortale sit. unde multo amplius excusat in aeterna peccatum veniale impunitum: & ideo non potest esse, quod homo venialiter peccet, ante illud tempus quo vltimum rationis habet: ut iam mortaliter peccare possit. statim autem, ut ad tempus illud peruenit vel gratiam habet, vel in peccato mortali est, quia si facit quod in se est, Deus ei gratiam infundit. si autem non facit, peccat mortaliter, quia tunc est tempus, ut de salute sua cogitet, & ei operam det: ideo positio est impossibilis. Sit tamen ponatur per impossibile: tunc talis puniatur poena sensibilibus in inferno: & poena illa erit aeterna: sed hoc accidit veniali in quantum est sine gratia.

EXPOSITIO PRIMAE PARTIS

TEXTVS.

Videtur dicunt vnum esse peccatum: alii vero, &c. Viraque opinio est vera aliquo modo intellecta, quae si accipiat voluntas coniuncta actui, sic voluntas & actus exterior sunt vnum peccatum: si autem sumatur voluntas separata ab actu: sic sunt duo peccata numero, sed vnum specie. Ad quod illi etiam dicunt, &c. Praeter istam responsum, quae hic ponitur, potest esse alia, quae in primo articulo posita est. Praeterea quaeritur, &c. scilicet in peccato non solum sit actus, & reatus: sed etiam macula, videtur insufficienter procedere, cum de macula mentione non faciat. Sed dicitur, quod macula est medium inter actum peccati, & reatum quasi effectus actus, & fundamentum reatus: & ideo per extrema medium intelligitur. Nec vnquam est in aliquo peccato, &c. Ratio huius est, quia actus peccati inordinatus causat maculam, & reatum, posita autem causa non potest effectus non esse: & ideo impossibile est, ut simul dum actus peccati manet, reatus transeat: sed quomodo hoc in originali esse possit, supra dictum est. Duo enim sunt peccatorum genera, &c. Hoc dicitur ad ostendendum, quod diuisio peccati in mortale, & veniale, non est vniuocae diuisio, quia sic mortale, & veniale dicerentur duae species peccatorum, sed est diuisio analogi, & propter hoc dicitur mortale, & veniale esse genera peccatorum, quasi non communicantia vnum genus.

DIVISIO SECUNDAE PARTIS

TEXTVS.

Odi autem peccatorum varias, &c. In parte praecedenti determinauit Magister quaedam, quae requiruntur ad peccatum, quasi partes integrantes ipsum. Hic determinat diuersas peccatorum diuisiones. Et diuiditur in partes duas. In prima prosequitur diuisiones, quae respiciunt peccatum in communi. In secunda, prosequitur diuisionem peccatorum capitalium. ibi. Praeterea sciendum est septimum esse, &c. Prima diuiditur in duas. In prima ponit quaedam diuisiones peccatorum, quae sumuntur ex parte rei. In secunda, ponit quaedam, quae sumuntur ex parte hominis. ibi.

Variam quoque appellationem, &c. Circa primum tria faciunt. Primo distinguitur modus peccatorum penes motum, siue radices. Secundo penes actus, in quibus peccatum consistit. ibi. Alibi vero dicitur peccatum fieri &c. Tertio penes obiecta. ibi. Dicitur quoque homo peccare in Deum, &c. Primo sciendum est, &c. Hic ponit distinctionem capitalium vitiatorum. Et diuiditur in duas. In prima enumerat capitalia vitia. In secunda reducit ea in vnum principium. ibi. Ex superbia tamen, &c. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit superbiam esse originem capitalium vitiatorum. Secundo, obicit in contrarium. ibi. Huius autem videtur obuiare &c. Tertio soluit. ibi. Sed vtrunque recte dictum est &c. Circa primum duo facit. Primo, ostendit superbiam esse principium omnium peccatorum. Secundo, assignat superbiam species. ibi. Huius quatuor sunt species. j.

Odi autem peccatorum varias in scriptura habent diuisiones: in quibus duoobus modis peccatum committitur. scilicet cupiditate & timore: ut Augustinus.

QVAESTIO II.

B

Hic quinque quaeruntur.

- Primo. De distinctione peccatorum, quae sumuntur penes radices. Secundo. De diuisione peccatorum, quae sumuntur penes actus. Tertio. De diuisione vitiatorum capitalium. Quarto. De distinctione specierum superbiam, quae in litera assignantur. Quinto. Vtrum peccatorum sic distinctorum, possit esse aequalitas in grauitate culpae.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum peccata distinguantur penes radices.

Primum sic proceditur. Videtur quod inconuenienter penes radices distinguantur peccata. Radix enim est simile fundamentum: sed peccatum non habet fundamentum, ut dicitur in glo. Mar. 7. ergo non habet radicem. ergo penes radices non debent distinguuntur peccata. Prater. Radix arboris, non est arbor. ergo radix peccati, non debet esse peccatum, sed cupiditas male intendens, & timor male humilium peccata quaedam sunt. ergo inconuenienter radices peccatorum assignantur. Prater. Timor ex amore nascitur, sed illud ex quo nascitur aliquid, potest dici radix eius. ergo amor est radix timoris: & ita omnium quae ex timore generantur, & sic timor contra cupiditatem, quae est amor distinguuntur non debet tamen radix opposita. Prater. Quaeunque conueniunt in aliquo vno, non distinguuntur in illud, sed omnia peccata in vna radice conueniunt. Radix enim omnium malorum est cupiditas. 1. Timo. vlt. ergo penes radicem peccata distinguuntur non debent.

Prater. Aug. dicit de ciui. Dei. Quod sicut amor Dei facit ciuitatem dei: ita nimis amor sui facit ciuitatem Babylonis: sed quicquid est de genere peccatorum ad ciuitatem Babylonis pertinet. ergo omnium peccatorum radix est vna. amor sui: & non est ea, quae hic assignatur.

Prater. 1. Ioan. 2. dicitur. Omne quod est in mundo concupiscentia oculorum est, concupiscentia carnis, & superbia vitae: & ex his oriuntur omnia alia mala. ergo cum ista praetermittantur hic, non sufficienter radices peccatorum tanguntur.

Prater. Eccl. 10. Initium omnis peccati superbia. Item Ambrosius dicit, quod omne peccatum est ex contemptu. & Aug. dicit, quod omne peccatum est ex errore. ergo peccata non videntur distinguuntur in radice: sed conuenire in radice vna, & iterum videtur ex praedictis, quod radices peccatorum insufficienter in litera tanguntur.

Respondens dicendum, quod radix proprie in arboribus inuenitur. in peccatis autem transumptiue. unde oportet, quod ad similitudinem radices in arboribus inueniatur radix in peccatis. Radix autem arboris est quae arbori nutrimentum sumit, quod ceuua lesit & fructificat. ex eo autem patrum conualescit, ex quo homo ad patrum inclinatur. hoc autem est bonum inuentum ad quod peccata inordinate conuertitur, quia finis efficienter mouet. unde oportet, quod ex parte conuersionis radix peccati assignetur, & dicitur radix illud, ex quo peccatum oritur: potest autem actus peccati oriri ex tribus, vel ex alio actu peccati sicut supra. 3. dicitur. Secundus sent. S. Tho. 2 assignatur.

1. 2. q. 72. ar. 1.

Li. 14. c. 28.

Enchirid. ad Laur.

D 302 303

assignatum est vnum peccatum esse causam alterius, vel ex habitu corrupto eliciente actum peccati, vel ex passione, seu pro-

D. 658.

D. 56. 306.

De diuin. no. c. 4.

Cap. 5.

fit quidam ordo, secundum quod vnus est finis alterius, semper autem ea, quae sunt ad finem sunt plura, quam ipse finis, oportet vt quanto radix peccati sumitur propinquior sibi vltimo: tan- to inueniantur pauciores radices: finis autem vltimus in amo- re commutabiliu bonorum, est ipse homo propter quem om- nia alia quaerit: & ideo si radix peccati accipitur ex parte ipsi peccantis: erit vna. si autem sumatur ex parte eorum, quae pro- pter seipsum peccans quaerit, erunt plures. Similiter etiam appe- titus circa bonum commutabile dupliciter se habet. vel sicut p- sequens id quod aestimat sibi conueniens, vel sicut fugiens ma- lum, siue nocivum. Malum autem sicut non habet esse, nisi vt pri- uatio boni, ita etiam non fugitur, nisi in quantum diligitur bo- num: & ideo fuga mali reducit ad desiderium boni, sicut in causam primam. Secundum hoc ergo sciendum, qd radices di- uersimode a sanctis assignantur, quia passio, quae est radix pec- catis, vel est secundum inclinationem appetitus in id quod est vltimus finis bonorum commutabilium: & sic amor sui ponit ab Augustino radix peccati, vel secundum inclinationem appe- titus in ea, quae propter hunc finem quaeruntur: & hoc duplici- ter. vel secundum inclinationem appetitus in bonum tantum: propter quod malum fugitur, vel secundum comparationem ap- petitus ad vtrumque: si secundo modo. scilicet secundum inclinatio- nem appetitus in bonum commutabile, & malum oppositum, sic sunt radices peccatorum, quae in littera assignantur. cupiditas male inflammans, & timor male humilians. Si autem primo modo hoc dupliciter. vel secundum inclinationem appe- titus in bonum exterius vniuersaliter: & sic erit vna radix. scilicet cupiditas, vel particulariter in diuersa bona, quae sunt triplicia: & sic erunt tres radices. scilicet concupiscentia carnis circa bonum dele- ctabile sensus; concupiscentia oculorum circa bona exteriora in vsum ordinata: superbia vitae circa bona secundum opinio- nem, vt honor, dignitas, & huiusmodi.

do accepta, secundum quod est initium: & cupiditas, secun- dum quod est radix, sunt idem secundum rem, & differunt ratione modo praedicto: & propter hoc dicit Augustinus 10. super Genesim: Superbiam & cupiditatem non quasi duo ma- la, sed vnum malum esse.

ARTIC. II.

De vtrum peccatum conuenienter di- uidatur in pecca- tum cogitationis, oris, & operis.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, qd secunda diuisio, quae in littera assignatur: incompe- tens sit, quia eiusde generis eadem sunt prima & secunda: res: sed p- huius est vni- genis, sicut analogum. ergo in conueni- enter rot variis diui- sionibus distinguitur.

1. 2. qd. 72. ar. 7. Et qd. 100. arti. 5. & 6. Et 2. 2. princp.

Prat. Affectio plus habet de ratione peccati quam cogita- tio, quia ad cognitionem pertinet: sed ipse de affectione inuen- tionem non facit. igitur insufficienter diuidit. Prat. Actus exteriores per membra exteriora exercentur, sed lingua est vnum de exterioribus membris. ergo verbum qd per linguam profertur non debet diuidi contra peccatum ope- ris, quod est peccatum exterioris actus. Prat. Circumstantia actus, non debet diuidi contra actum, sed consuetudo est quaedam circumstantia peccati. ergo non de- bet diuidi peccatum consuetudinis contra peccatum operis. Prat. Peccatum omissionis quaedam species peccati est, quae sub nullo istorum membrorum continetur. ergo diuisio est insufficientis. VLTIMVS quaeritur de alia diuisione, quae est per obie- ta. videtur enim, qd sit insufficientis, quia in illum peccans, pec- care dicitur: quem ex suo peccato laedit: sed Deum peccando lo- dere non possumus, vt dicitur Iob 35. Si peccaueris, quid ei nocebit? & si multiplicata fuerint iniquitates tuae quid fa- cies contra illum? ergo dicitur inconuenienter aliquis in Deum peccare. Prat. Illud quod est ratio diligendi, non potest odio haberi: sed homo est ratio diligendi respectu sui ipsius, quia nihil ho- mo diligit, nisi in quantum est bonum sibi. ergo nullus seipsum habere odio potest: sed in illum peccat, quem odio habemus. ergo nullus in seipsum peccat. Prat. Peccatum charitatis opponitur: sed in praecipis cha- ritatis non datur distinctum praecipium homini de dilectione sui, sed includitur in dilectione Dei & proximi. ergo non debe- ret poni vnus determinatus modus peccati, ex hoc quod pec- catur in seipsum. Prat. Quicumque peccat in proximum, peccat in seipsum, & in Deum. ergo peccatum in proximum, non debet diuidi co- tra peccatum, quod est in seipsum, & in Deum. VLTIMVS quaeritur de alia diuisione, quae sumitur se- cundum nomina, quia sapientis non est de nominibus curare, sed theologus maxime sapientis est. ergo de diuisione peccato- rum per nomina non se debet intrinsecare, sed eis vt, vt plu- res vtrius. Prat. Sicut delictum dicitur per hoc, quod aliquid dere- linquitur: ita peccatum dicitur per hoc, quod ab aliquo aber- ratur, cum auerso sit formale in peccato a quo denominatur. ergo videtur differentia prima quam assignat, nulla esse. Prat. Per ignorantiam non solum conuenit peccare peccato omissionis, sed etiam transgressionis. cum ergo delictum proprie sonet omissionem, quia dicitur quasi derelictum, videtur incompetentem esse illa. scilicet secunda expositio, qua delictum exponi- tur, quod per ignorantiam fit. RESPONDEO Dicendum, qd ista diuisio assignatur, se- cundum gradus, quibus fit progressus ad complementum pec- catis. gradus autem isti attenduntur secundum quod vnus actus al- teri actui addit ad perfectionem peccati. vnde oportet, qd in gra- dus includat in se peccatum: & ita est quasi diuisio totius d po- restatui. additio autem actus ad actum potest esse multipliciter, & in hoc sunt diuersi gradus in peccato. vnde primus gradus peccati est in primo actu peccati, super quem alia addunt. hic autem est actus

II. 1. 2. qd. 72. articu. 4. Et p. salm. 2. 5.

III.

D. 99. 5.

est actus interior. voluntatis: & hoc est primum membrum di- uisionis. scilicet peccatum cogitationis. huic autem actui superaddit alius actus exprimens, & designans hunc actum. scilicet locutio- nis: & ideo hoc est secundum membrum diuisionis: iterum sup- actum locutionis additur actus exterior, quo membra corporis mouentur ad conse- quendum finem vo- luntatis: & hoc erit tertius gradus, & ter- tium membrum qd est peccatum operis: quarto additur actus exterioris actui exte- riori, & hic est vlti- mus gradus, & quar- tum membrum. scilicet peccatum consuetudinis, quia cum post actu- exteriori non sit alius actus alterius generis: oportet, qd vltimus gradus peccati, sit secundum multiplicationem huius- modi actuum.

Quo differant delictum & peccatum.

Atiam quoque appella- tionem habet. dicitur enim peccatum & delictum: & delictum fortasse, vt Aug. ait in questionibus Leuiti- ci: declinare a bono: peccatum est facere malum. Aliud est. n. declinare a bono: aliud est face- re malum. Peccatum ergo est

De diuif. circa prin.

Cap. 1.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd diuisio alicuius potest esse multipliciter: vel sicut generis in species, vel sicut subiecti in accidentia. vel etiam alijs modis, quos Boetius numerat di- uisio ergo generis in species, vel differentias primas, no est nisi vna, sed diuisio subiecti in accidentia potest esse multipliciter, secundum qd vni multa accidunt. Dicendum ergo, qd diuisio peccati in species suas essentielles, est per oppositum virtutis, quae oportet, qd sit secundum obiectum, ex quo specificatur peccatum: & virtus, & talis distinctio peccatorum hic non ponitur: sed po- nuntur quaedam distinctiones, secundum aliqua peccati accidē- tia: & ideo non est inconueniens, si sunt plures. Ad secundum dicendum, quod in peccato cogitationis in- telligitur omne peccatum, quod in solo interiori actu consi- stit: & ideo includitur etiam affectio, sine qua nullum pecca- tum est. Ad tertium dicendum, quod quamuis lingua sit exterius me- brum: tamen inter alia est magis propinquum interiori actu, secundum qd congruit in locutione, quia locutio est signum in- terioris actus: & ideo quando gradum habet in progressu pec- catis locutio, inter peccatum cogitationis, & operis. Ad quartum dicendum, qd consuetudo est quaedam circum- stantia aggrauans peccatum ex multiplicatione ipsorum actu-: & ideo in consuetudine est vltimus progressus peccati, & ideo non ponitur consuetudo quasi conditio contra actum simpli- citer: sed conditio contra actum non consuetum, sicut est in di- uisione totius peccati. Ad quintum dicendum, qd secundum opinionem illorum, qui dicunt, quod in peccato omissionis requiritur aliquis actus interior, vel exterior, peccatum omissionis includitur in pec- cato cogitationis, locutionis, & operis: & similiter secundum alios, qui dicunt, quod non requiritur ibi actus exterior, quia sic facere includit non facere; & sic de alijs, vt supra di- ctum est. AD ID quod vltius quaeritur, dicendum est, quod sicut ois virtus est iustitia quodammodo, vt dicit Philo sophus 5. Ethic. ita omne peccatum est iniustitia. Iniustitia autem est ex hoc, qd detrahatur alicui quod sibi debet: & ideo iniustitia habet quasi obiecta. scilicet illud quod detrahitur: & hoc est proprie materia actus: & vnde peccatum specificatur: & ille cui detrahitur, sicut homo cui per iniustitiam auferitur res sua: & poenes hoc obiectum su- mitur haec peccati diuisio, quia homo aliquid debet Deo, sibi, & proximo: Deo debet amorem, & reuerentiam, & huiusmodi. vnde quado ab his deficit, dicitur peccare in Deum: Sibi debet munditiam, & ordinationem sui sub regimine rationis, & hu- iusmodi: & quando in his deficit, dicitur in seipsum peccare. Proximo autem, quae debebat planum est, & quando in his de- ficit, dicitur in proximum peccare: & idem est si contraria ho- rum faceret. AD PRIMUM ergo dicendum, quod non dicitur homo i Deum peccare: quia Deum in aliquo laedit: sed quia Deo sub- trahit quod ei debet: & in quantum in ipso est: eius gloriam mi- nuir: quamuis hoc facere non possit. Ad secundum dicendum, quod quilibet naturaliter seipsum amat: & ideo vnusquisque amat hoc quod se esse estimat. qui- dam autem estimat & vere se esse id quod secundum intelle- ctum sunt, quia ex hoc homo est homo: & ideo appetit sibi ea, quae sunt bona secundum intellectum, & rationem vel dire- ctas, vel indirectas: quidam vero estimant se esse quod non sunt, & talis propter naturam sensibilem, quae exterius apparer: &

ideo diligunt in se naturam sensibilem, appetentes ea quae sunt secundum sensum delectabilia, & quia huiusmodi sunt mala eis & nocua secundum id quod vere sunt: ideo sibiipsis nocet & se odiunt actu, non affectu. Ad tertium dicendum, qd hominem diligere se, nihil aliud est quam se Deo velle vniri, quia homo se propter Deum debet diligere: & ideo in dilectione Dei inclu- dit dilectio sui ipsius: non autem peccatum quod est in Deum: est ratio peccati quo homo i seipsum pec- cat, & ideo non est si- milis ratio vtriusq; Ad quartum dice- dum, quod distinctio ista sumitur secundum illud in quod directe peccatur: sed quando aliquis peccat in proximum, peccat quidem in seipsum, & in Deum: sed ex consequenti. Et similiter quando peccat in se, peccat in Deum, & e converso: & ideo obie- ctio non procedit. AD ILVD quod vltius quaeritur dicendum, quod ista diuisio peccatorum, quae est secundum nomina, attenditur pec- nes ea, ex quibus actus regulatur, scilicet praecipia legis, & hoc dupliciter, quia vel secundum distinctionem praecipiorum in se: & sic delictum respicit praecipia affirmatiua, & peccatum praecipia negatiua. vel secundum quod diuersimode peccans a praecipis deficit, quia vel deficit a praecipis secundum ratione per ignorantiam, & sic est delictum: vel secundum voluntatem per contemptum, & sic est peccatum: & sic patet ratio duplicis expositionis. AD PRIMUM ergo dicendum, quod sapiens bene curat nomina, secundum quod exprimunt proprietatem rerum: & non propter se, & quia ex diuersis rationibus peccatorum essen- tiales eorum differentiae inueniuntur: ideo non fuit inconuen- niens hanc diuisionem ponere. Ad secundum dicendum, quod quamuis peccatum nominet auersionem, tamen proprie loquendo, non nominat omisio- nem, sed magis actum auersioni conuenientem: differt enim omis- sio ab auersione. omisio enim dicitur propter defectum actus debiti, sed auersio propter excessum a fine. Ad tertium dicendum, quod qui ignoranter aliquid facit, in- uoluntarius facit: & ideo magis peccat in hoc, quod cognitione eorum dimittit, quae tenetur cognoscere, quam in hoc, quod ta- lia agit: & propter hoc peccatum per ignorantiam delictum po- test dici.

ARTICVLVS III.

De vtrum diuisio capitalium vitiorum sit competens.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur incompetentem esse ista diuisio vitiorum capitalium, quae in littera ponitur, quia illud ex quo oriuntur alia, & quod alijs peccatis principatur, videtur esse peccatorum capitalium: sed superbia, vt dicit Grego. ex qua omnia peccata oriuntur, & est quasi regina omnium pecca- torum. ergo ipsa sola debet dici vitium capitale, vel saltem ipsa & auaritia, ex qua alia oriuntur, vt in littera dicitur. Prat. Capitale principale dicitur: sed quod imperfectam ra- tionem peccati habet, principale peccatum non est: cum ergo veniale imperfectam ratione peccati habeat, videtur, quod pec- catum veniale non possit esse peccatum capitale, sed multa de istis vitijs, quae inter capitalia computantur, & fere omnia, qua- doque sunt venialia. ergo inconuenienter dicuntur capitalia. Prat. Capiti responderet membrum, sed vitia quae ex istis vitijs hic numeratis oriuntur, dicuntur a Gregorio filia, & non membra. ergo ista vitia non debent dici capita, sed matres. Prat. Prouerborum sexto dicitur. Sex sunt quae odit Deus, &c. Dicit glossa, quod numerantur ibi septem vitia capi- talia, sed nullum eorum quae ibi dicuntur est aliquod eorum quae hic numerantur. ergo videtur quod sint ad minus qua- tuordecim. Prat. Non est aliquod vitium quod interdum ex alio ori- ri non possit, si ergo capitale vitium est ex quo alia oriuntur, videtur, quod omnia peccata sint capitalia. Secundus sent. S. Tho. 3 6 Prat.

1. 2. qd. 84. ar. 4. Et Ma- 10. q. 8. ar. 1. Super Iob. cap. 31.

¶ Præc. Plura sunt vitia quam virtutes, quia vni virtuti plura vitia opponuntur: sed virtutes principales sunt septem: tres theologice, & quatuor cardinales. ergo peccata capitalia debent esse plura quam septem.

¶ 7 Præc. fides est fundamentum virtutum, vt dicitur Rom. 11. Sed infidelitas fidei opponitur. ergo infidelitas debet computari inter vitia capitalia, præcipue propter id quod dicitur Sapient. 14. Quod in sandorum idolorum cultura, omnis mali principium est, & origo.

D. 302.

Respondeo dicendum, quod vitium capitale dicitur dicitur quod aliis vitia oriuntur. vnde in hoc differt capitale peccatum a radice peccati, quia capitale peccatum est peccatum quoddam. radix autem peccati non est peccatum, si proprie sumatur, vt ex prædictis patet. peccatum autem ex peccato oritur quatuor modis, vt supra 36. dist. dictum est. Vnus modus est ex parte auersionis, fm qd gratia priuatur, qua priuata, homo in peccatum ruit. sed ista origo, non est nisi per accidens, quia primū pñm causat secundum, sicut remouens prohibens: caput autem nominat per se originem: & ideo per modum istum non potest dici vitium capitale. Alio modo ex parte conuersionis, fm qd ex actu peccati relinquitur habitus, & ex habitu iterum procedit actus: & fm hanc originem non potest dici vitium capitale: quia hic non est origo peccati ex peccato directe: sed mediante habitu. Alio modo peccatum oritur ex peccato, in quantum vnū peccatum alteri materiam administrat, sicut luxuria gula, & quia res non habet esse fm materiam, sed secundū formam: ideo non complete oritur peccatum ex illo peccato, quod materiam præstat, & propter hoc nec adhuc inuenitur perfecta ratio capitalis vitii. Quarto modo oritur peccatum ex peccato, quod ordinatur in finem illius: sicut cum quis ad habendū pecuniam furatur, furtum ex auaritia nascitur: & quia in moralibus species est a fine, ideo hæc est formalis & completa origo peccati ex peccato, & secundum hanc originem proprie dicitur vitium capitale, & saluatur ibi metaphora capitis, secundū quod principem alicuius exercitus caput in exercitu dicitur: quia princeps est exercitus: ad cuius bonum totus exercitus ordinatur. vt ex 12. Metaph. patet. & per hunc modum illud vitium: ad cuius finem illa ordinantur, caput eorum dicitur. Et ideo Grego. ponit vitia capitalia quasi duces exercitus: & alia vitia, quæ ex eis oriuntur ponit exercitus eorum: exponens illud Iob. 39. Audit clamorem ducum, & vulturum exercitus: & quia finis semper est magis appetibile eo quod est ad finem: ideo oportet, vt illa peccata præcipue capitalia dicantur, in quorum fines appetitus corruptus magis natus est tendere. huiusmodi autem sunt peccata illa, quæ circa principalia obiecta sensibilibus perceptiarum sunt, quia ex corruptione sensibilibus peccata in nobis oriuntur, appetitus autem sensibilibus in duas vires diuiditur. scilicet irascibilem, & concupiscibilem: concupiscibilis autem obiectum est delectabile, & conueniens secundum sensum: & ideo peccatum capitale quod in concupiscibili est, vel est ex hoc, quod inordinate desiderat delectabile secundum sensum, vel ex eo, quod inordinate fugit impedimentum huiusmodi delectationis. Si primo modo, hoc est dupliciter: vel ex eo, quod appetitus tendit in id quod est ordinatum ad delectabile sensus: cuiusmodi sunt bona exteriora: & sic est auaritia: vel ex eo, quod appetitus inordinate tendit in ipsum delectabile sensus. perfecta delectatio secundum sensum, est secundum tactum, & gustum, prout est tactus quidam, quia est secundum applicationem ipsius rei ad sensum, & ideo circa delectabile tactus absolute est vnū vitium capitale, scilicet luxuria: & circa delectabile gustus, prout est tactus quidam, est aliud, scilicet gula: sed ex eo, quod fugitur inordinate impedimentum delectationis sensibilibus, est accidia, quæ est redium spiritualis boni, secundum quod impedit delectationem aliquam dissolutam: obiectum autem irascibilis proprie est arduum, vel magnum aliquid in quod homo nititur, ergo capitale peccatum in irascibili potest esse dupliciter. vel ex eo, quod irascibilis inordinate tendit in arduum, & sic proprie est superbia, vel inanis gloria, vel ex eo quod contra tendit ad id quod est arduum impedimentum, sed hoc potest esse dupliciter, quia illud impedimentum contra quod tendit, vel impedit directe in contrarium agendum, sicut impugnantem aliquem impedit promotionem eius: & sic est ira, quæ est appetitus in vindictam, vel indirecte: & sic est inuidia, quæ est dolor alieni boni, secundum quod

Tex. 52.

Sup. Iob 39

illud bonum estimatur impedimentum propriæ excellentiæ. ¶ Ad primum ergo dicendum, quod auaritia, siue cupiditas tripliciter dicitur. Vno enim modo, nominat passionem, vel pronitatem ad possessionem ex originali relictam: & sic non est peccatum: sed radix peccati. Alio modo, secundum quod dicitur inordinatus appetitus cuiuslibet boni commutabilis, siue scientiæ, siue honoris, siue pecuniæ, siue cuiuscunque; & sic auaritia, vel cupiditas est genus oium peccatorum. vnde super illud ad Rom. 7. Concupiscentiā nesciebam, &c. Glo. bona est lex, quæ dum concupiscentiā prohibet, omnia mala prohibet. Tertio dicitur auaritia, vel cupiditas secundum quod est inordinatus appetitus rerum exteriorum, quæ ad vsum vite pertinent: & sic est quoddam speciale peccatum. Similiter etiam superbia tribus modis dicitur. Vno modo, ipse habitualis contemptus præcepti, & præcipiens ex corruptione naturæ proueniens, vel ex quocunque defectu creature, & sic non est peccatum: sed initium peccati. Alio modo, dicitur appetitus excellentiæ in quibuscunque, quia quicunque appetit aliquid ordinate, vult quodammodo excellere in illo: ideo hoc modo superbia: vt fertur ad omnia peccata commune est, secundum quod est desiderium cuiuscunque excellentiæ. Tertio modo dicitur, secundum quod est inordinatus appetitus excellentiæ determinatæ, cui debetur honor, & reuerentia: & sic est speciale peccatum. Dicendum est ergo, quod sumendo primo modo superbiā & cupiditatem, ex eis oriuntur omnia vitia, sicut ex radice, vel initio, & non sicut ex peccato capitali, loquendo de vtroque. Secundo modo oriuntur ex eis omnia peccata, sicut species ex genere. Loquendo autem de eisdem tertio modo, sic oriuntur ex eis quedam specialia vitia, sed interdum ex eis omnia vitia possunt oriri: & frequentius ex aliquo eorum oriuntur omnia, quam ex quouis alio vitio, cuius ratio est communitas obiectorum ipsorum, quia obiectum auaritiæ, scilicet pecunia promittit sufficientiam in omnibus quæ sunt homini necessaria: & ideo facillime affectus inclinatur in hoc, similiter etiam excellentiæ, quæ est obiectum superbiæ, videtur esse magis propinquum bonum ipsi homini, & ideo appetitus facile inclinatur in illam, & etiam magis quam in auaritiā, quia pecuniam nullus diligit, nisi propter aliud quod ex ea consequi intendit, vt in 1. Ethic. dist. sed excellentiæ est quoddam pp se desideratū. ¶ Ad secundum dicendum, quod quamuis veniale peccatum non habeat principalitatem in ratione peccati, potest tamen habere principalitatem in finem ad quem alia ordinantur, & ideo nihil prohibet veniale peccatum esse capitale vitium. ¶ Ad tertium dicendum, quod vnū vitium dicitur caput alterius, secundum quod aliud vitium ex eo oritur, & ideo quia in nomine filiationis magis exprimitur origo quam in nomine membri, ideo potius oritur ex his generata dicuntur filia, quæ membra, & vitium ex quo generatur dicitur potius caput per modum originis, vt dictum est. ¶ Ad quartum dicendum, quod vitium capitale ibi sumitur vitium graue, quod pena capitis plectendum est: & ideo æquiuocatio est de capitali. ¶ Ad quintum dicendum, quod quis quolibet vitium ex quolibet possit oriri, tamen quedam vitia sunt in quæ homo facilius inclinatur, etiā per se, & illa ponuntur capitalia vitia, & quedam vitia sunt in quæ non facile inclinatur aliquis, nisi propter finem alterius vitii: & huiusmodi dicuntur esse filia capitalium vitiorum, & fm qd directius potest reduci in finem vnus vitii, quæ alterius, fm hoc vnū vitium assignatur potius filia vnus capitalis quam alterius, quamuis ex diuersis interdum oriatur. ¶ Ad sextum dicendum, quod plura sunt vitia quam virtutes: non tamen oportet, quod plura sint vitia capitalia quam virtutes principales, quia circa vnā materiam in qua est virtus, possunt esse diuersa vitia: sed tamen non omnia habent principale obiectum in quod facile animus inclinatur. ¶ Ad septimum dicendum, quod fides est fundamentum, in quantum habet in se rationem cognitionis, quia ex cognitione affectio quodammodo generatur, sed in fidelitas est priuatio cuiusdam cognitionis, & ideo p se non potest causare affectionem: sed per accidens, sicut remouens cognitionem qua prohibet peccatum p modū, quo ignorantia est causa peccati, & hoc modo dicitur idolorum cultura omnium malorum origo esse, sed iste non est modus, quo alia vitia ex capitalibus oriuntur, vt dictum est.

ARTI-

D. 306.

ARTICVLVS III.

De vitium speciei superbiæ conuenienter assignentur.

2. 2. q. 162. ar. 4. Et Malo. q. 8. ar. 4.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod inconuenienter species superbiæ assignentur. Credere enim aliquid quod est contrarium articulo fidei, est peccatum infidelitatis: sed omnia bona esse a Deo continentur in articulis fidei: vt patet in symbolo. vbi dicitur factor visibilium & inuisibilium, ergo videtur, quod cum aliquis sibi tribuit bonum quod habet: & non a Deo recognoscit, quod sit infidelitatis peccatum, & non superbiæ. ¶ 2 Præc. Nullus peccat credendo quod verum est: sed verum est multa bona homini pro meritis dari, ergo videtur, quod non peccatum superbiæ credere aliquid sibi pro meritis a Deo datum esse.

Cap. 7.

Cap. 3.

Tex. 85.

¶ 3 Præc. Vnum non potest esse contrarium duobus: sed Philosophus ponit iactantiam contrariam virtuti, quæ dicitur veritas in 4. Ethic. ergo non contrariatur humilitati: & ita non est species superbiæ, sicut in litera dicitur. ¶ 4 Præc. Ille cui omnia videntur parua, omnia despicit: sed magnanimo, oia parua videntur, vt Philosophus in 4. Ethic. dicit: ergo magnanimo est alia despiciens illud quod est virtutis, non est superbiæ, quod hoc ceteris despectis singulariter velit videri. ¶ 5 Præc. Ingratitudo & inobediencia, & multa alia vitia species superbiæ assignantur. ergo cum de his non fiat in litera mentionitur, quod in sufficienter assignentur species superbiæ.

Respondeo dicendum, quod fm Philosophum re & est iudex iustitiam & obliqui. vt dicitur primo de anima. & ideo ex virtute in cognitionem vitii oppositi procedendum est: quæ vero oportet, vt vitium illi virtuti opponatur quæ in obiecto communicat, sicut luxuria castitati. obiectum autem superbiæ est altum vel arduum: ideo oportet, quod magnanimitati opponatur cuius est in magna tendere. Sciendum autem, quod magnanimus mediocriter tendit in magna: sed hæc mediocritas non attenditur secundum quantitatem eius in quod tendit, quia hoc in quod tendit magnanimus, est maximum quantumque potest esse: sed attenditur mediocritas in duobus. scilicet in electione magni, & in proportionem sui ad magnum. In electione magni dico: quia tendit in id quod est magnum simpliciter: quod est factus virtutis perfectus. non autem tendit simpliciter in id quod est magnum fm quid: sicut sunt exteriora bona, inter quæ præcipue magnum est honor. non enim magna nimis honorem querit tanquam finem voluntatis suæ, quia hoc nimis sibi paruum reputatum sit vanum & transitorium bonum. vnde non muleum curat honorari: sed fieri honore dignum, secundum quod honor est testimonium virtutis. Item mediocritas attenditur in hoc, quod non tendit in quocunque magnum quod sibi improporionatum sit: sed in magnum quod potest esse sibi proportionatum, & ideo nullus potest esse magnanimus, nisi virtuosus, qui est habilis ad magna. Et propter hoc etiam Philosophus dicit, quod magnanimitas est ornamentum virtutum omnium, quia magnanimitas inclinatur ad faciendum magna in omnibus virtutibus, vt quod facit maximum actus fortitudinis temperantiæ, & huiusmodi: & fm hæc duo, inanis gloria & superbia sunt oppositæ magnanimitati, quia inanis gloria non tendit in id quod est magnum simpliciter, & quod magnanimitas per se querit: sed in magnum exterius, vt in laudem vel honorem, vel aliquid huiusmodi: superbia vero tendit in magnum simpliciter, sed non secundum proportionem suam: & ideo quia actus fortitudinis est maxime arduus & difficilis, propter hoc superbus præcipue anhelat ad superabundantiam fortitudinis. & ideo dicit Philosophus in 3. Ethic. quod si perbus vult videri audax. Quod autem tendit in aliquid magnum non sibi proportionatum, potest contingere dupliciter. Aut quia illud simpliciter, fm se, & absolute desit sibi: & fm hoc est terra species, quæ iactantia dicitur. Aut quia quamuis habeat: non tñ habet eo modo excellenti situr nititur. Ille autem modus excellentis est duplex, fm duplicem modum quo aliquid est in causa excellentis, quæ in causato. Causa enim abundantius, & perfectius habet aliquid, quam causatum: sicut ignis calorem quam

4. Ethic. 3.

Cap. 7.

elementata, & fm hunc modum excellentiæ est quarta species, quia vult singulariter videri. Item quod est causa non habet ab alio sed a se in quantum est causa huius, quod in effectu ab alio est: & fm hoc sunt duæ primæ species superbiæ, quia fm primam speciem superbiæ attribuit sibi hoc quod habet, tanquam non ab alio sibi sic datū, fm autem secundam attribuit sibi, sicut causæ meritorie. ¶ Ad primum ergo dicendum, quod aliqd bonum sit quod non est a Deo: sed hoc modo se de bono quod habet, magnificat, ac sicut ab alio non haberet. ¶ Ad secundum dicendum, quod merita nostra insufficientia sunt ad ea, quæ pro meritis redduntur. Et præterea ipsorum meritoria non solum causa sumus nos: sed principalis causa est gratia, quæ a Deo tantum est. ¶ Ad tertium dicendum, quod iactantia fm quod dicit quendam exteriorem ostensionem per verba vel gestus eius quod intus non habetur, est oppositum veritati: sed secundum quod iactantia dicit quendam excellentiam, quæ animus hominis se ipsum extollit interius de eo quod non habet, opponitur humilitati, & est species superbiæ. ¶ Ad quartum dicendum, quod magnanimo omnia parua videntur, non quia bona aliorum despiciat: sed quia nihil est in humanis actibus, quod tanquam in solitum admittitur, cum cogitatio sua sit ad faciendum maxima quæque: propter quod dicit Philosophus, quod magnanimus non est admiratiuus. ¶ Ad quintum dicendum, quod inobediencia & ingratitude non sunt species superbiæ, quasi essentialiter superbiam diuidentur, sed dicuntur superbiæ species in quantum participant aliquid superbiæ, secundum quod a superbia imperantur.

ARTICVLVS IV.

Vtrum omnia peccata sint paria.

1. 2. q. 73. ar. 2. Et Malo. q. 2. ar. 8. Et Cont. 3. cap. 139.

Ad quintum sic proceditur. Videtur, quod omnia peccata sint paria. Virtus enim est æqualitas quedam, eo quod est immediate consistens, sed æqualitas non est, nisi vno modo: quasi indiuisibili existens, ergo illud quod priuatur virtutem, totam eam priuatur: sed priuatio non recipit magis & minus, nisi priuatio fm hoc, quod habitus vel totus, vel in parte priuatur, ergo peccatum quod dicitur per priuationem virtutis, non recipit magis & minus. ¶ 2 Præc. Albus est quod est nigro impermissius, vt Philosophus dicit: sed quodlibet vitium est omnino impermissum virtuti, quia nihil virtutis est in vitio, ergo vnū vitium non est grauius alio. ¶ 3 Præc. Si esset præceptum alicui quod catenam non transgredere, quicunque eam transiret puniretur, nec esset differentia vtrum eam per vnū passum, vel per duos transiret, quia æqualiter pro vtroque puniretur, sed præceptum legis diuinæ, & legis naturalis est, vt homo reuerentiam virtutis non transcat, ergo qualitercunque aliquis extra reuerentiam virtutis fiat, non differt, & ita omnia peccata sunt paria. ¶ 4 Præc. Eadem imperitia imponitur nauæ siue nauis in pelago, siue in litore submergatur, sed sicut nauis per artem suam regit nauem ne pereat, ita homo per virtutem suam regitur, ne in actu peccet. ergo idem præiudicium est virtutis qualitercunque homo in peccatum ruat. ¶ 5 Præc. Ex hoc aliquid est malum, quia nocet, vt Augustinus dicit: sed omne peccatum mortale æqualiter nocet, eo quod quodlibet peccatum mortale priuatur omnes virtutes. omnia ergo peccata, mortalia saltem, sunt æqualia. ¶ 6 Præc. Aequalitas est in omnibus virtutibus propter charitatem quæ est mater earum, sicut dicitur Apoc. penult. quod latera ciuitatis sunt æqualia, sed similiter omnium peccatorum mater est cupiditas, vt in litera dicitur. ergo omnia peccata sunt paria. **R**espondeo dicendum, quod peccatum nihil aliud est quodam obliquio a reuerentia virtutis: sed contingit lineam vnā magis esse curuam quam aliam, vt ex 4. Physicorum potest accipi. ergo contingit vnū peccatum esse maius alio.

Secundus sent. S. Tho. 4 Præc.

Præ. Sicut falsitas est recessus ab equalitate veritatis: ita & peccatum est recessus ab equalitate virtutis: sed contingit esse falsitatem magis & minus: sicut dicit Philosophus in 4. Meta. qd error estimans tria esse quinque non est tantus, sicut error estimans tria esse mille. ergo & peccatum contingit esse grauius alio peccato.

Quo sensu utrumque dicatur radix omnium malorum, scilicet superbia & cupiditas.

Ed utrumque recte dicitur esse intelligitur si genera omnium peccatorum singulorum: non singula generum vtraque locutio intelligatur includi. Nullum ergo quippe genus peccati est quod ex superbia interdum non proueniat: nullum etiam est quod ex cupiditate aliquando non descendat. Sunt enim nonnulli hominum, qui ex cupiditate sunt superbi: & aliqui ex superbia

sed ista grauitas accidentalis est peccato, secundum quod in genere suo consideratur, quia illud quod ex genere suo est lauius, potest esse grauius cum ex maiori libidine, vel contemptu sit. Ad PRIMVM ergo dicendum, quod quamuis virtus sit aequalitas, non tamen oportet ad esse virtutis, quod ad omnimodam aequalitatem perueniatur: hoc enim est de perfectione virtutis: & ideo virtus intenditur, & remittitur, vel ex parte ipsius actus, qui tantus virtuosior est, quanto ad aequalitatem magis accedit, vel ex parte operantis, qui quanto perfectiori habitu operatur, tanto actus eius virtuosior est, et si sit actus eiusdem generis: & similiter est de peccato. Et præterea, si etiam virtus esset vno modo tantum, ratio non procederet, sicut ex prædictis patet.

Ad secundum dicendum, quod in quolibet peccato est aliquod virtutis: virtus enim constituitur ex equalitate omnium circumstantiarum. non est autem possibile, ut Philosophus in 4. Ethico. dicit, ut omnium circumstantiarum corruptio fiat: & ideo aliquid virtutis in actu peccati remanet: & ideo habet peccatum aliquam permissionem ad virtutem: & ideo ratio non procedit.

Ad tertium dicendum, quod aliquid est in se malum, & aliquid malum est ratione, quia prohibetur. in illis ergo quæ sunt mala, quia prohibita tantum, non differunt, verum parum vel multum a præcepto elongetur ex parte ipsius actus: quamuis differat ex parte agentis, secundum quod maiori vel minori contentu potest facere. huius ratio est, quia in his tota ratio malitiae est ex hoc, quod non seruat præceptum: & ideo si hoc tollitur, nihil bonitatis manet, sed non omnia peccata sunt huiusmodi: & ideo ratio non procedit.

Ad quartum dicendum, quod in submersione nauis, vbi cunctæ submergatur est æquale damnum, quia eadem res vtrouique perditur, sed non in quolibet peccato est æquale damnum, immo in vno peccato perditur vna debita circumstantia, in alio due, & sic de aliis, & ideo non est simile.

Ad quintum dicendum, quod quamuis quodlibet peccatum mortale tollat omnes virtutes, vnum tamen tollit plus de habilitate ad virtutem, quam aliud. Et præterea, vnum peccatum tollit per se illam virtutem cui opponitur: sed quasi per accidens aliam virtutem.

Ad sextum dicendum, quod charitas non facit omnes virtutes esse æquales secundum quantitatem, quia vna virtus nobilior est alia, sed solummodo proportionem, quia quantum augetur vna virtus: tantum augetur alia proportionaliter. & est simile de augmento digitorum manus, & ita etiam non oportet omnia peccata equalia esse. Et præterea, charitas est dilectio vniuersi, scilicet Dei: cupiditas autem ad plura se habet: & ideo non habet rationem puniendi, & adæquandi sicut charitas.

sed ista grauitas accidentalis est peccato, secundum quod in genere suo consideratur, quia illud quod ex genere suo est lauius, potest esse grauius cum ex maiori libidine, vel contemptu sit. Ad PRIMVM ergo dicendum, quod quamuis virtus sit aequalitas, non tamen oportet ad esse virtutis, quod ad omnimodam aequalitatem perueniatur: hoc enim est de perfectione virtutis: & ideo virtus intenditur, & remittitur, vel ex parte ipsius actus, qui tantus virtuosior est, quanto ad aequalitatem magis accedit, vel ex parte operantis, qui quanto perfectiori habitu operatur, tanto actus eius virtuosior est, et si sit actus eiusdem generis: & similiter est de peccato. Et præterea, si etiam virtus esset vno modo tantum, ratio non procederet, sicut ex prædictis patet.

Ad secundum dicendum, quod in quolibet peccato est aliquod virtutis: virtus enim constituitur ex equalitate omnium circumstantiarum. non est autem possibile, ut Philosophus in 4. Ethico. dicit, ut omnium circumstantiarum corruptio fiat: & ideo aliquid virtutis in actu peccati remanet: & ideo habet peccatum aliquam permissionem ad virtutem: & ideo ratio non procedit.

Ad tertium dicendum, quod aliquid est in se malum, & aliquid malum est ratione, quia prohibetur. in illis ergo quæ sunt mala, quia prohibita tantum, non differunt, verum parum vel multum a præcepto elongetur ex parte ipsius actus: quamuis differat ex parte agentis, secundum quod maiori vel minori contentu potest facere. huius ratio est, quia in his tota ratio malitiae est ex hoc, quod non seruat præceptum: & ideo si hoc tollitur, nihil bonitatis manet, sed non omnia peccata sunt huiusmodi: & ideo ratio non procedit.

Ad quartum dicendum, quod in submersione nauis, vbi cunctæ submergatur est æquale damnum, quia eadem res vtrouique perditur, sed non in quolibet peccato est æquale damnum, immo in vno peccato perditur vna debita circumstantia, in alio due, & sic de aliis, & ideo non est simile.

Ad quintum dicendum, quod quamuis quodlibet peccatum mortale tollat omnes virtutes, vnum tamen tollit plus de habilitate ad virtutem, quam aliud. Et præterea, vnum peccatum tollit per se illam virtutem cui opponitur: sed quasi per accidens aliam virtutem.

Ad sextum dicendum, quod charitas non facit omnes virtutes esse æquales secundum quantitatem, quia vna virtus nobilior est alia, sed solummodo proportionem, quia quantum augetur vna virtus: tantum augetur alia proportionaliter. & est simile de augmento digitorum manus, & ita etiam non oportet omnia peccata equalia esse. Et præterea, charitas est dilectio vniuersi, scilicet Dei: cupiditas autem ad plura se habet: & ideo non habet rationem puniendi, & adæquandi sicut charitas.

EXPOSITIO SECVNDÆ PARTIS TEXTVS.

RAETEREA sciendum est 7. &c. Videtur inconuenienter numerare vitia capitalia, quia superbia est aliud ab inani gloria. ergo inanis gloria male ponitur loco superbiae. Sed dicendum, quod quia vniuersum est superbia habet maiorem apertitudinem, ut ex ea omnia vitia alia orientur, quam aliquod aliorum. Ideo Grego. non posuit superbiã quasi speciale caput vitiorum, sed quasi caput vniuersale omnium, & nominauit eam reginam omnium vitiorum, & loco eius inter vitia capitalia posuit inanem gloriam, quæ est propinquissima filia sua. Isidorus autem considerans, quod ex superbia omnia alia generantur: sed quædam frequentius, quæ magis cum ipsa conueniunt, ponit ibi superbiã speciale caput horum vitiorum, quæ ut frequenter ab ea oriuntur: & ideo computauit eam inter septem vitia capitalia, ut patet Deutero. 7. in gloss.

DIST.

DISTINCTIO XLIII. DIVISIO TEXTVS. OSTQVAM diuersa genera peccatorum assignauit. In parte ista determinat, de quodam genere peccati, quod ceteris alijs grauius inuenitur, scilicet de peccato in spiritum sanctum. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit grauitatem huius peccati. In secunda inquit, quid sit istud peccatum: ibi Sed queritur quid sit &c. Et diuiditur in partes tres, secundum tres assignationes: huius peccati, quas fecit. Secunda ibi Est & alia huius peccati &c. Tertia ibi De hoc quæ peccato &c. Prima diuiditur in duas. In prima ponit assignationem quandam peccati in spiritu sanctum magistrali. In secunda mouet quandam questionem & soluit. ibi Sed queritur, utrum omnis oblatio mentis &c. Est & alia huiusmodi &c. Hic ponit secundam assignationem, ex verbis August. sumptâ, & primo ponit eam. Secundo ex verbis eiusdem ostendit, quomodo sit accipienda. ibi Illam tamen distinctionem secundum Ambro. Et primo ponit eam. Secundo remouet quoddam dubium, quod posset esse. ibi Non itaque distinctio illa verborum.

DISTINCTIO XLIII. A De peccato in spiritum sanctum, quod dicitur etiam peccatum ad mortem.

St præterea quoddam genus peccati ceteris grauius & abominabilius, a, quod dicitur peccatum in spiritum sanctum, de quo in euangelio veritas ait. Qui peccauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei, nec hic, nec in futuro. Est peccatum ad mortem. Qui enim peccat in patrem, remittetur ei. Et qui peccat in filium, remittetur ei. Qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei, nec hic, nec in futuro. Et qui peccat in spiritum sanctum, non remittetur ei, nec hic, nec in futuro. Et qui peccat in spiritum sanctum, non remittetur ei, nec hic, nec in futuro.

ergo aliquid tale peccatum sit, erit aliquid peccatum in spiritum sanctum. R s p o n d e o. Dicendum, quod peccare in spiritum sanctum dicitur dupliciter. Aut quia peccatur contra personam spiritus sancti, aut quia peccatur contra attributum personæ, peccatur contra personam spiritus sancti, scilicet, quando de ea male sentitur, sicut qui dixerit, spiritum sanctum creaturam esse, & ministrum patris & filij, & sic etiam peccare in filium, est male sentire de persona filij. sic autem non loquimur hic de peccato in spiritum sanctum, quia sic est peccatum in fidelitatis, peccare autem in attributum spiritus sancti, est ex certa malitia peccare: sicut peccare in patrem, est peccare ex infirmitate, & peccare in filium est peccare ex ignorantia, ut dicitur peccatum in patrem, quando deficit istud quod patri attribuitur, scilicet potentia, & peccatum in filium, quando deficit sapientia, quæ filio attribuitur, & peccatum in spiritum sanctum, quando ponitur oppositum bonitatis, quæ spiritus sancto attribuitur. Differentia autem horum posset accipi ex his, quæ Philosophus in 5. Ethic. dicit, vbi ostendit, quod peccatum tribus modis committitur, vel ex ignorantia, vel ex passione, vel ex electione. Ex ignorantia peccatum committitur, quando ignoratur aliquod eorum, quorum scientia a peccato impediisset, vnde ignorantia est ibi causa peccati, & hoc dicitur peccatum in filium. Ex passione autem sine in nata, siue illata peccatur, quando propter impetum passionis, rationis iudicium obruitur, & hoc proprie est ex infirmitate peccare, quod est peccatum in patrem. Ex electione autem peccatur, quando homo deliberans, peccato adhæret, non quasi aliqua tentatione victus: sed quia propter hoc, quod habet corruptum appetitum, placet sibi illud peccatum secundum se, & hoc est ex malitia peccare, quod est peccare in spiritum sanctum.

QVAESTIO PRIMA. A Hic sex queruntur.

- Primo. An sit peccatum in spiritum sanctum, & quid sit. Secundo. Vtrum sit distinctum ab alijs peccatis. Tertio. De speciebus eius. Quarto. De irremissibilitate ipsius. Quinto. Vtrum peccatum in spiritum sanctum præexistat alia peccata. Sexto. Quibus conueniat in spiritum sanctum peccare.

ARTICVLVS PRIMVS.

1. Vtrum sit aliquid peccatum in spiritum sanctum.

PRIMUM sic proceditur. Videtur quod nullum sit peccatum in spiritum sanctum, quia secundum quod in litera dicitur. Illi dicuntur in spiritum sanctum peccare, quibus placet malitia propter se, sicut pijs bonitas: sed malitia nulli propter se placet, quia malum est præter voluntatem, & nullus ad malum intendens, operatur, ut Dionysius dicit. ergo secundum hoc nullus in spiritum sanctum peccat.

Præterea. Omne peccatum hominis ex corruptione naturæ nascitur: sed peccatum quod est ex corruptione naturæ, est ex infirmitate: cum autem peccatur per infirmitatem, non peccatur in spiritum sanctum, ut in litera dicitur. ergo nullum peccatum est in spiritum sanctum.

Præterea. August. dicit, quod omne peccatum ex errore est: sed error ignorantiam includit. quod autem per ignorantiam est, conuidetur contra peccatum in spiritum sanctum. ergo nullum peccatum est in spiritum sanctum.

Præterea. Si aliquis peccat in spiritum sanctum, aut est in statu viæ, aut post viam: sed post viam esse non potest, quia tunc non erit tempus merendi, & demerendi, ut plures dicunt: sed recipiendi pro his, quæ gessit sine bonum siue malum. Similiter nec in statu viæ, quia de nemine desperandum est, secundum August. dum ait. Peccatum autem in spiritum sanctum, est peccatum desperantium, quia pro eo oratio interdicitur. Ioan. 9. timo. ergo nullus in spiritum sanctum peccat.

Præterea. Quorum vna est maiestas & gloria, vna est offensa: sed patris & filij & spiritus sancti, vna est diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas. ergo & coram est vna offensa: & ita cum peccatum in spiritum sanctum dividatur contra peccatum in patrem & filium, videtur quod nullum peccatum sit in spiritum sanctum.

Quid sit illud peccatum.

Ed queritur, quid sit illud peccatum in spiritum sanctum vel ad mortem. Quidam dicunt illud esse peccatum desperationis vel oblationis. Oblatio est in malitia mentis indurata pertinacia, per quam fit homo impunitens. Desperatio est, qua quis penitus diffidit de Dei bonitate, estimans suam malitiam diuine bonitatis magnitudinem excedere. Sicut Chaym, qui dixit, maior est mea iniquitas, quam veniam merear. Vtrumque ergo aliquid tale peccatum sit, erit aliquid peccatum in spiritum sanctum. R s p o n d e o. Dicendum, quod peccare in spiritum sanctum dicitur dupliciter. Aut quia peccatur contra personam spiritus sancti, aut quia peccatur contra attributum personæ, peccatur contra personam spiritus sancti, scilicet, quando de ea male sentitur, sicut qui dixerit, spiritum sanctum creaturam esse, & ministrum patris & filij, & sic etiam peccare in filium, est male sentire de persona filij. sic autem non loquimur hic de peccato in spiritum sanctum, quia sic est peccatum in fidelitatis, peccare autem in attributum spiritus sancti, est ex certa malitia peccare: sicut peccare in patrem, est peccare ex infirmitate, & peccare in filium est peccare ex ignorantia, ut dicitur peccatum in patrem, quando deficit istud quod patri attribuitur, scilicet potentia, & peccatum in filium, quando deficit sapientia, quæ filio attribuitur, & peccatum in spiritum sanctum, quando ponitur oppositum bonitatis, quæ spiritus sancto attribuitur. Differentia autem horum posset accipi ex his, quæ Philosophus in 5. Ethic. dicit, vbi ostendit, quod peccatum tribus modis committitur, vel ex ignorantia, vel ex passione, vel ex electione. Ex ignorantia peccatum committitur, quando ignoratur aliquod eorum, quorum scientia a peccato impediisset, vnde ignorantia est ibi causa peccati, & hoc dicitur peccatum in filium. Ex passione autem sine in nata, siue illata peccatur, quando propter impetum passionis, rationis iudicium obruitur, & hoc proprie est ex infirmitate peccare, quod est peccatum in patrem. Ex electione autem peccatur, quando homo deliberans, peccato adhæret, non quasi aliqua tentatione victus: sed quia propter hoc, quod habet corruptum appetitum, placet sibi illud peccatum secundum se, & hoc est ex malitia peccare, quod est peccare in spiritum sanctum.

Ad secundum dicendum, quod res non habet speciem, neque denominatur a causis primis: sed a causis proximis. corruptio ergo naturæ, quæ est in seculo formis, non est proxima causa cuiuslibet peccati, cum aliquando homo sine aliquo inuenitio concupiscentiæ peccatum eligat: sed ex causa prima, quia ex corruptione naturæ inest homini quedam debilitas, ut facilius in peccatum ruat: & ideo non oportet, quod omne peccatum propter hoc ex infirmitate esse dicatur.

Ad tertium dicendum, quod error ille ex quo omne peccatum procedit, est error electionis, secundum quem Philosophus omnem malum ignorantem esse dicit. hæc autem ignorantia non causat inuoluntarium, immo est ex voluntate causata, quia ex ipsa inclinatione corruptæ voluntatis in peccatum, quæ est per habitum vel passionem consequitur, ut hoc quasi bonum, aliquis eligat quod voluntati placet, vnde ex tali ignorantia non dicitur

Contra Faustum Man. lib. 22.

D. 1000.

dicimus peccatum in filium. peccatum. n. in filium est, quando...

¶ Ad quartum dicendum, quod peccatum in spiritum sanctum non est desperatum ex parte medici curantis, scilicet Dei, qui immensitate sue misericordiae, quemlibet in statu vig saluare potest...

¶ Ad quintum dicendum, quod quibus sit vna maiestas trium personarum: tamen personae distinguuntur proprietatibus personalibus, & etiam quaedam appropriantur vni, quae non appropriantur alij personae, & secundum hoc contingit, quod aliquod peccatum dicitur esse specialiter in filium, vel in spiritum sanctum dupliciter. Vel quia male sentitur de his, quae sunt propria filij vel spiritus sancti, & sic non accipitur hic peccatum in spiritum sanctum, vel quia peccatur contra appropriatum filij vel spiritus sancti, & sic hic sumitur peccatum in spiritum sanctum.

ARTICVLVS II.

De verum peccatum in spiritum sanctum sit determinatum genus peccati

1. 2. q. 14. 3. & 4. Et Mal. q. 3. ar. 14.

Cap. 8.

In 103. ca. 10. trac. 47.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod peccatum in spiritum sanctum non sit determinatum genus peccati. Sicut enim peccatum, quod ex industria geritur est peccatum in spiritum sanctum, ita peccatum, quod est ex infirmitate, est in patrem, & quod est ex ignorantia est in filium, sed peccatum ex infirmitate non nominat determinate aliquod genus peccati, sed peccati circumstantia. ergo nec peccatum in spiritum sanctum est determinatum genus peccati.

¶ 2. Praeterea. Peccare ex industria vel certa malitia, est peccare ex electione ut dictum est: sed vnusquisque habens habitum vitiosum ex electione peccat, secundum per passionem. ergo peccare ex habitu est peccare ex certa malitia, quod est peccatum in spiritum sanctum: sed peccatum ex habitu procedens, non nominat determinatum genus peccati. ergo nec peccatum in spiritum sanctum.

si quis corporis specie deceptus humani, remissius aliquid sentit de Christi carne, quam dignum est, habet culpam: non est tamen exclusus a venia, si quis vero sancti spiritus dignitatem, & maiestatem, & potestatem abneget sempiternam, & putet non in spiritu Dei eiici demonia: sed in belzeub, non potest ibi exhortatio esse veniæ, vbi sacrilegij plenitudo est. Satis aperte hic explicatur quod sit peccatum in spiritu sancto, quod illi August. de descriptione congruere videtur, quia illud peccatum dicitur esse inuidia gratia oppugnans fraternitatem. Qui enim post cognitionem veritatis, spiritus sancti veritatem negat eiusque opera dicit esse belzeub, potestati bonitati, & gratia Dei inuidere non dubitatur.

Ad quartum dicendum, quod spes non semper præexigit merita in actu: sed solum in proposito sperantis. similiter etiam & desperatio, non oportet quod præsupponat aliqua demerita præcedentia in actu.

Ad quintum dicendum, quod penitentia secundum quod dicitur actum, non est nisi de malis præteritis: sed secundum quod dicitur habitum, quo quis dicitur penitens, non exigitur quod aliqua peccata commiserit: sed quod habeat hoc propositum, vt si contingeret ipsum peccare, quod statim penitet: ita etiam ad rationem impenitentia sufficit: vt aliquis nunquam peniteat de peccatis, si qua commiserit.

ARTICVLVS VI.

De vtrum Adam peccauerit in spiritu sancto

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur quod Adam in spiritu sancto peccauerit. non enim peccauit in patrem, quia non peccauit ex infirmitate, neque etiam in filium, quia non ex ignorantia, cum infirmitas & ignorantia ante peccatum non fuerit. ergo relinquitur quod peccauit in spiritu sancto.

2 Præterea. Nimia presumptio de Dei misericordia, est peccatum in spiritu sancto: sed Adam peccans de Dei misericordia cogitauit, vt Aug. dicit, vt supra distin. 22. habitum est ergo videtur in spiritu sancto peccasse.

3 Contra. Peccauit appetendo scientiam: sed scientia appropriatur filio. ergo magis peccauit in filium, quam in spiritu sanctum.

4 Præterea. Augustin. dicit, quod quamuis Adam non fuerit seductus in hoc, in quo mulier: tamen in hoc seductus est, quod credidit veniale quod mortale erat: sed peccatum quod est ex seductione est peccatum in filium. ergo peccauit in filium.

5 Item. Videtur, quod primus angelus in spiritu sancto peccauerit. irremissibilitas enim est proprietas peccati in spiritu sancto: sed peccatum primi angeli fuit irremissibile. ergo fuit in spiritu sancto.

6 Præterea. Eodem genere peccati, quo tunc peccauit diabolus, etiam nunc peccat: sed nunc peccat in spiritu sancto, quia inuidet gratia, que in sanctis operatur. ergo & tunc in spiritu sancto peccauit.

Ad secundum dicendum, qd Gregor. ibi assignans originem vtriusque considerat, id quod sepius accidit, non quin aliter possit accidere. hoc enim ad morale pertinet, & etiã ad naturalem, quia causæ naturales, & multo plus morales deficiunt in minori parte, quia non sunt necessariae.

Ad tertium dicendum, quod peccatum in spiritu sancto, vt supra dictum est, non est hoc modo ex electione, sicut habens habitum ex electione peccati: immo per actus peccati in spiritu sancto præcedentes habitum, aliquis habitus acquiruntur: & ideo obiectio non procedit, quia iniustus ex electione peccat, sicut

Ad quartum dicendum, quod spes non semper præexigit merita in actu: sed solum in proposito sperantis. similiter etiam & desperatio, non oportet quod præsupponat aliqua demerita præcedentia in actu.

Ad quintum dicendum, quod penitentia secundum quod dicitur actum, non est nisi de malis præteritis: sed secundum quod dicitur habitum, quo quis dicitur penitens, non exigitur quod aliqua peccata commiserit: sed quod habeat hoc propositum, vt si contingeret ipsum peccare, quod statim penitet: ita etiam ad rationem impenitentia sufficit: vt aliquis nunquam peniteat de peccatis, si qua commiserit.

De ciu. Dei lib. 1. c. 11. tom. 3.

S. A. D.

7 SED CONTRA. Peccatum primi angeli fuit ex hoc, quod potentiam inordinate appetiuit: sed potentia appropriatur patri. ergo peccauit in patrem.

8 Præterea. Pœna non præcedit culpam: sed malitia comparatur inter pœnas peccati. ergo ex malitia non potuit esse primi angeli primū peccatū, quod nullū pœnā præcesserat.

RESPONDEO. Dicendum, quod quidam dicunt, qd peccatum primi hominis, & peccatum demōnis non fuit neque in patrem, neque in filium, neque in spiritum sanctum. hæc enim non sunt differentie peccati absolute accepti: sed peccati quod contingit in natura corrupta. infirmitas enim & ignorantia & malitia, ex peccato naturam corruptam consequuntur. Sed sciendum, quod quamuis infirmitas, nullo modo in natura integra inueniri possit: & ita nec peccatum in patrem tamen ignorantia aliquo modo in natura integra inueniri potuit, non secundum quod ignorantia dicitur priuatiue: sed secundum quod dicitur negatiue. sic enim est defectus, consequens intellectum creatum, in quantum creatus est. ex hoc enim deficit a perfectio lumine intellectus increati, vt non omnia sciat, vel saltem non omnia actu consideret, & ex tali necessitate peccatum proueniens, peccatum in filium dici potest. & similiter etiam malitia ex qua peccatum in spiritu sancto procedit, non oportet quod sit pœna: sed est aliquis actus peccati, vt supra dictum est, vnde & in natura integra, potuit esse peccatum in filium & in spiritu sancto. Sciendum tamen, quod primus actus peccati primi hominis & angeli, non fuit in spiritu sancto, prout peccatum in spiritu sancto, est speciale peccatum, quod patet ex ipso obiecto peccati. vterque enim peccauit altitudinem propriam appetendo: & ideo quantum ad genus peccati, fuit peccatum superbius: sed quantum ad circumstantiam peccati vtrunque fuit peccatum in filium, quia vterque peccauit ex hoc, quod non considerauit ea, quæ consideranda erant ad euersionem peccati. non autem fuit peccatum primum eorum ex hoc, quod propria voluntate repugnarent spei vel alicui iustitiam: sicut fit in peccato in spiritu sancto.

AD PRIMUM. ergo patet responsio, per ea quæ dicta sunt.

Ad secundum dicendum, quod quamuis Adam peccans cogitaret de Dei misericordia: non tamen peccauit peccato presumptionis, quia non cogitauit se misericordiam consequi sine penitentia: sed simul de misericordia & de penitentia cogitauit, vt August. ibidem dicit. Alia duo concedimus, quamuis primum eorum non recte concludat, vt post dicetur.

Ad quintum dicendum, quod peccatum angeli non habuit irremissibilitatem ex genere peccati: sed magis ex statu peccantis, vt supra dictum est: & ideo ratio non procedit.

Ad sextum dicendum, quod ad primum actum peccati in angelo, qui fuit actus superbi, consecuta sunt multæ aliæ deformitates peccatorum, vt inuidia, odium, & huiusmodi, & inter illa potuit esse peccatum in spiritu sancto.

Ad septimum dicendum, quod peccatum in patrem, non dicitur ex obiecto: sed potius ex causa: & ideo quamuis potentiam appetierit, non sequitur quod in patrem peccauerit, quia non ex infirmitate peccauit. vnde & ratio illi similis, per quam ostendebatur, quod homo primus in filium peccauerit, non concluderebat.

Ad octauum dicendum, quod malitia, ex qua peccatum in spiritu sancto esse dicitur, non oportet vt sit pœna peccati, vt dictum est: & ideo ratio non procedit, quæ conclusio sit vera.

D. 150. D. 1142.

EXPOSITIO TEXTVS. EQVE hic, neque in futuro &c. Hoc ideo dicitur, quia quædam peccata in futuro etiam dimittuntur, sicut venialia quædam, vt Greg. dicit, non solum quantum ad penam: sed etiam quantum ad culpam. Non pro eo dico, vt quis oret, si peccatum ad mortem intelligatur peccatum in spiritu sancto, prout peccatum in spiritu sancto requirit finalem impenitentiam, secundum vnam opinionem, sic intelligendum est, vt nullus pro talibus oret, quia qui vsque ad mortem in peccato mortali perdurat, postmodum orationibus non tuatur. Si autem sumatur pro peccato in spiritu sancto secundum aliam opinionem, prout non requirit finalem impenitentiam, sic intelligendum est, vt non oret pro eo quis, id est quicumque, quia talium conuersio quasi miraculosa est: vnde sicut pro sciendis miraculis non quilibet orat: sed magni & sancti viri: ita nec pro talium conuersione: tamen secundum formam verborum non prohibetur oratio pro eo fieri: sed ostenditur, quod præceptum de orando, pro proximis fidelibus, non se extendit ad tales peccatores, quia propter sui peccati enormitatem hoc merentur, vt a fidelibus relinquatur, sicut Ethnicis & Publicanis.

DISTINCTIO XLIII.

A

De potentia peccandi, an sit homini vel diabolo a Deo.

OST prædicta, consideratione dignum occurrit: vtrum peccandi potentia, sit nobis a Deo vel a nobis. Putant quidam, potentiam recte agendi, nobis esse a Deo. potentiam vero peccandi non a Deo: sed a nobis vel a diabolo esse, sicut mala voluntas non a Deo nobis est: sed a nobis & a diabolo. bona autem nobis a Deo tantum est. Bonæ autem voluntatis, & cognitionis iniuriam, non homini ex seipso nasci: sed diuinitus parari, & tribui in eo Deus euidenter ostendit.

miraculis non quilibet orat: sed magni & sancti viri: ita nec pro talium conuersione: tamen secundum formam verborum non prohibetur oratio pro eo fieri: sed ostenditur, quod præceptum de orando, pro proximis fidelibus, non se extendit ad tales peccatores, quia propter sui peccati enormitatem hoc merentur, vt a fidelibus relinquatur, sicut Ethnicis & Publicanis. Qui autem blasphemauerit in spiritu sancto &c. Glo. ibidem dicit, scilicet Matth. 12. Quod blasphemia remittitur. spiritus autem blasphemie non remittitur. blasphemia enim nominat ipsum peccati genus absolute, quod contingit quandoque ex infirmitate: sicut cum quis ex ira passione blasphemat, quandoque etiam ex ignorantia sicut in his, qui errant male de Deo sentientes: sed spiritus blasphemie est voluntas blasphemandi, quando scilicet ex certa malitia blasphematur, & tunc est peccatum in spiritu sancto. Disputi oportet an alium &c. Huius questionis apparet solutio, secundum distinctionem impenitentia prius positam. si enim impenitentia sumatur, pro actuali duratione in obstinatione, vsque ad mortem, non est aliud peccatum ab obstinatione: sed circumstantia eius. Si autem impenitentia sumatur, prout dicit propositum non penitendi, sic est aliud peccatum.

DISTINCTIO XLIII.

DIVISIO TEXTVS.

TERMINATO De peccato, quantum ad actum peccati. Hic determinat de potentia peccandi. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de potentia peccandi. In secunda continuatur se ad sequentem librum. ibi. Jam nunc his intelligendus &c. Prima diuiditur in duas. In prima inquit, vtrum potentia peccandi sit a Deo. In secunda determinat de obedientia, quæ debetur eis, qui potentiam prelationis a Deo habent. ibi. Hic oritur questio non transiendenda. Circa primum tria facit. Primo mouet questionem. Secundo narrat opinionem quorundam. ibi. Putant quidam potentiam &c. Tertio determinat veritatem. Sed pluribus sanctorum test. &c. Hic oritur questio &c. Hic inquit de obedientia debita his, qui a Deo potestatem habent. Et primo mouet questionem. Secundo soluit ibi. Sed sciendum &c. Jam nunc his &c. Hic continuatur se ad sequentia. Et primo ponit continuationem. Secundo assignat ordinem. ibi. Hic est rationis ordo &c.

QVAEST.

Dialog. 4. cap. 9.

D. 444.

D. 1019.

tas alicuius bono contradiceret; ideo quantum ad duos vltimos vsus, prelatio in statu innocentie non fuisse: sed quantum ad primum vsus solum, qui scilicet est dirigere in agendis vel in sciendis, secundum quod vnus alio maiori munere sapientie, & maiori lumine intellectus prae datus fuisse.

Cap. 34.

ergo dicendum, quod natura omnes homines aequales in libertate fecit. non autem in perfectionibus naturalibus, liberum enim secundum Philosophum in principio Metaphy. est quod sui causa est. vnus enim homo ex natura sua, non ordinatur ad alterum sicut ad finem: & ideo secundus modus prelationis non fuisse, qui libertate subditis tollitur: sed primus modus esse posset, qui nullum preiudicium libertati afferat, dum subditi ad bonum prepositi non ordinantur: sed e conuerso, regimem prepositi ad bonum subditorum: vnde non incongrue seruos appellant.

Ad secundum dicendum, quod auctoritas illa loquitur quantum ad secundum modum prelationis. Et similiter ad tertium. Ad quartum dicendum, quod quantum ad illum vsus prelationis non fuisse: sed quantum ad alios, vt dictum est. Ad quintum dicendum, quod supra vndecima distinctione dictum est, quomodo intelligendum sit omnem prelationem in futuro euacuari: si tamen simpliciter intelligeretur in futuro tolli, non oportet quod in statu innocentie prelatio non fuisset, quia status ille adhuc erat status viae, & in via est necessaria prelatio per quam vnus ab alio dirigatur, quod non adeo necessarium conceditur in termino viae.

QVAESTIO II.

B

Deinde quaeritur de obedientia ad prelatos.

Et circa hoc tria quaeruntur.

- Primo. Vtrum obedientia sit virtus, & si est virtus, vtrum sit virtus specialis.
Secundo. Vtrum Christiani potestatibus secularibus, & praecipue tyrannis obedire teneantur.
Tertio. Vtrum proficientes obedientiam, in omnibus prelatiis suis teneantur obedire.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum obedientia sit virtus.

22. q. 104. art. 2. Cap. 6.



PRIMUM sic proceditur. Videtur quod obedientia non sit virtus: omnis enim virtus est medium virtutum, vt Philosophus dicit in secundo Ethicor. sed obedientia non est huiusmodi, quia per abundantiam non corrumpitur, sed perficitur si aliquis obediatur in illis, in quibus non tenetur. ergo obedientia non est virtus.

De para. ca. 8.

2. Præterea. Obedientia respicit præceptum: sed præceptum se extendit ad omnes actus virtutum, quia omnes sunt in præcepto legis. ergo obedientia non est virtus determinata: sed consequens omnem virtutem, quod etiam potest videri ex distinctione Ambro. supra. 3. distinctione. inducta. Dicit enim, quod peccatum est transgressio legis Dei, & caelestium inobedientia mandatorum.

3. Præterea. Si est virtus determinata, aut est vna de cardinalibus, aut vna de adiunctis: sed nulla de cardinalibus est, quia illa sunt tantum quatuor, inter quas non numeratur obedientia, similiter inter adiunctas non inuenitur. vt patet, si considerentur virtutes adiunctae, quas Philosophus 4. Ethicor. enumerat. ergo obedientia non est virtus determinata.

Si dicatur, quod reducit ad iustitiam.

4. Contra. Nulla virtus perficitur, per diminutionem rationis obiecti proprii, vt patet in magnanimitate, quae magnum respicit, & quanto maius fuerit, quod operandum est, magis ad magnanimitatem pertinet: sed iustitia debet magnum respicit obiectum, quia iustitiae actus est reddere alteri quod suum est, cum igitur obedientia perficitur, reducit ad iustitiam.

per hoc quod debitum minuitur, quod quanto aliquis minus considerat, vt Bernardus dicit, perfectior est obedientia, videtur quod obedientia ad iustitiam non reducat.

5. Præterea. Iustitia legalis dicitur, secundum quam præceptis homo adequatur: sed obedientia præcepta respicit. ergo obedientia est idem quod iustitia legalis: sed iustitia legalis, vt dicit Philosophus quinto Ethicor. est omnis virtus. ergo obedientia non est aliqua virtus determinata sed generalis.

6. Præterea. Gregorius dicit, quod obedientia non tam est virtus quam mater omnium virtutum: sed esse mater virtutum conuenit charitati. ergo obedientia videtur esse idem quod charitas: & ita non videtur distincta ab aliis virtutibus.

SED CONTRA. Hugo de sancto Victore dicit. Obedientia est virtus, quae omnia amplectitur, in iuncta, necessario implenda, nisi obtulerit imperantis auctoritas, & ita est specialis virtus, cum assignetur sibi actus specialis, & virtus specialis. Præterea. Quod assignatur maximum in aliquo genere est aliquid determinatum in genere illo: sed Greg. dicit quod obedientia est maxima virtutum. ergo obedientia est quaedam virtus determinata.

RESPONDEO. Dicendum, quod obedientia est virtus, & est specialis virtus. Cum enim habitus potentiae, & actus distinguantur per obiecta, oportet quod virtus quae habet speciale obiectum, sit specialis virtus. Dicitur autem speciale obiectum a speciali ratione, quamuis illa specialis ratio circa multas res vel omnes poni possit, contingit enim eandem rem ad diuersas potentias pertinere, sicut colorem ad visum, imaginationem & intellectum: sed sub diuersa ratione: vnde contingit, vt vna virtus specialis se extendat ad actus omnium virtutum, secundum quandam specialem rationem. sicut dicit Philosophus de magnanimitate, quod operatur magnum in actibus. omnium virtutum: vnde & ceterarum virtutum ornatus quidam est, & tales virtutes dicuntur, quodammodo generales, quia habent materiam generalem, quamuis obiectum specialem habeant, propter specialem rationem obiecti, quae in multis materijs inuenitur, & per hunc modum dico, quod obedientia est specialis virtus, quia attendit specialem rationem, & præceptum cum debito consentiendi, & quia reddere alteri quod suum est, & sibi debetur, est iustitiae: ideo obedientia pars quaedam iustitiae est, & specialiter diuinae, quia hoc suum quod superioribus redditur, si impletio mandatorum, est quaedam pars huiusmodi communis quod debitum dicitur, vel quod suum est, & quod etiam exigi potest coram iudice, nam circa huiusmodi est proprie specialis iustitia. Sed tamen sciendum, quod iustitia specialis dupliciter sumitur. Sumitur enim proprie & communiter, propriissime sumpta specialis iustitia, vt dicit Philosophus in 5. Ethicor. est tamen inter eos, qui habent equalitatem quaedam ad hoc, quod stent coram principe, coram quo vnus ab altero possit reperere quod suum est, secundum quem modum nec domini ad seruum, nec patris ad filium iustitia dicitur esse, quia ea quae sunt serui, sunt domini, & ea quae sunt filij, sunt patris. Communiter autem iustitia specialis attenditur etiam in hoc, quod dominus reddit seruo quod suum est, vel e conuerso, & sic de alijs, quia secundum hunc modum prædicta aequalitas non requiritur, & hoc modo accipiendo iustitiam specialem, obedientia ad iustitiam

Per totum.

Serm. de 9. And.

Ca. 1. circa fin. Moral. lib. 35. ca. 12.

Ibidem.

4. Ethicor.

Cap. 2.

D. 803

ad iustitiam pertinet, quia per obedientiam inferior superioris reddit quod debet.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod obedientia sicut & aliae virtutes potest esse medium duorum virtutum. Sciendum tamen, quod non in omnibus virtutibus, potest accipi superabundantiam, sicut dum quamlibet circumstantiam, alijs circumstantijs rite ordinatis, vt patet in hac virtute, quae dicitur veritas, cuius medium attenditur, secundum hoc, quod homo talem se esse ostendit qualis est. superabundantia autem eius non attenditur, secundum superabundantiam huius circumstantiae, quam alijs circumstantijs rite ordinatis, vt scilicet homo possit nimis hanc veritatem seruare: sed superabundantia eius est ex hoc, quod aliquis de se maiora ostendit quam sint, quod est secundum hanc circumstantiam, quae est quod: similiter etiam dico, quod superabundantia obedientiae accipitur secundum hoc, quod obedit in illis, in quibus debet non obedire, non autem secundum hoc, quod obediatur plus quam debet alijs circumstantijs ordinate suppositis.

Ad secundum dicendum, quod obedientia, & si ad omnes actus virtutum se extendat: non tamen consideratur in illis, hoc quod est proprium vnicaeque virtuti, non enim elicit actum fortitudinis, in quantum est medium inter timorem & audaciam: sed considerat in omnibus actibus, & virtutum vniam rationem specialem, scilicet debitum fieri, propter præceptum superioris.

Ad tertium dicendum, quod obedientia ad iustitiam reducitur specialem. Sed sciendum, quod vna virtus reducitur ad aliam dupliciter. vel sicut pars eius, vel sicut adiuncta ei: sicut pars reducitur virtus ad virtutem, quando reducta habet pro obiecto partem obiecti illius virtutis ad quam reducitur, vbi gratia obiectum temperantiae, est delectabile secundum tactum, cuius pars quaedam est delectabile venereum, & alia est delectabile quod est in cibis: & ideo castitas reducitur ad temperantiam sicut pars eius, similiter & sobrietas, cuius obiectum est delectabile in cibis, & per hunc modum obedientia reducitur ad iustitiam specialem, vt patet ex dictis: sed sicut adiuncta reducitur, quando virtus ad quam reducitur, habet pro obiecto, id quod est potissimum in aliqua materia, & illa quae reducitur, quae adiuncta dicitur, habet pro obiecto id quod est minus principale, per quem modum mansuetudo ad fortitudinem reducitur, quia obiectum fortitudinis est in maximum molestias, quae sunt circa mortem: sicut sunt bellae, sed mansuetudo habet pro obiecto reliquas molestias, quae sunt iram excitantes, in qua medium tenet mansuetudo, & per hunc modum modestia, quae medium seruat in delectationibus aliorum sensuum, & eutrapelia quae medium seruat in delectationibus ludorum, reducuntur ad temperantiam.

Ad quartum dicendum, quod perfectio alicuius virtutis potest attendi dupliciter, vel quantum ad id quod est proprium sibi, vel quantum ad id quod est proprium superioris virtutis, quae imperat actum eius. dico igitur, quod perfectio obedientiae ex diminutione debiti, non est quantum ad propriam rationem obedientiae: sed quantum ad propriam rationem charitatis, quae imperat actum eius, sicut & actus aliarum virtutum.

Ad quintum dicendum, quod obedientia non est idem quod iustitia legalis. Iustitia enim legalis respicit præceptum legis & actus virtutum, qui lege ordinantur, secundum quod sunt ad alterum, sicut Philosophus in quinto Ethicor. dicit, id est secundum, quod ad bonum ciuitatis quae legibus regitur, id est secundum legem præceptorum ordinantur: sed obedientia respicit præceptum solummodo, secundum quod debet rationem debiti ex ordine sui ad superiorem: vnde non oportet, quod sit generalis virtus.

Ad sextum dicendum, quod vna virtus potest ex alia dupliciter oriri, vel per modum causae finalis, & hoc modo virtus ex alia dicitur oriri, quando actus eius ad finem alterius virtutis ordinatur, & per hunc modum charitas, cuius obiectum est finis vltimus, omnium virtutum mater dicitur. alio modo, secundum quod ex actibus vnus virtutis, vel causatur alia virtus, vel conseruatur, & obedientia hoc modo virtutum mater dicitur, quia ad hoc præcepta superiorum ordinantur, vt ad virtutes inducant, præcipiendo ipsos actus virtutum, qui virtutes politicas causant consuetudinem inducentes: sed ad virtutes infusas disponunt: nec dico actum virtutis tantum, qui est a virtute, sed eum etiam, qui est ad virtutem, vel sicut causans, sicut aliquis in peccato morali existens, actum obedientiae habere potest, quamuis obedientia, & alijs virtutibus careat.

Præterea. Seruitus pro peccato inducta est, vt supra dictum est: sed per baptismum homines a peccato mundantur, ergo a seruitute liberantur, & sic idem quod prius.

Præterea. Maius vinculum absoluit a minori, sicut lex noua ab obseruantia legis veteris: sed in baptismo homo obligatur Deo, quae obligatio est maius vinculum, quam id quod homo obligatur homini per seruitutem: ergo per baptismum a seruitute absoluitur.

Præterea. Quilibet potest licite resumere, cum facultas adeat, quod sibi iniuste ablatum est: sed multi seculares principes, tyrannice terrarum dominia inuasunt. ergo cum facultas rebellandi illis conceditur, non tenentur illis obedire.

Nullus tenetur ei obedire quem licite immo laudabiliter potest interficere: sed Tullius in libro de officijs, saluat eos, qui Iulium Caesarem interfecerunt, quamuis amicis & familiaribus, qui quasi tyrannus iura imperij vsurpauerat. ergo talibus nullus tenetur obedire.

Præterea. Prime Petri. 2. Serui subditi estote dominis vestris &c.

Præterea. Roman. 13. Qui potestati resistit, Dei ordinationi &c. sed non est licitum Dei ordinationi resistere. ergo nec seculari potestati resistere licet.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut dictum est, obedientia respicit in præcepto, quod seruat debitum obseruandi. hoc autem debitum creatur ex ordinatione prelationis, quae virtutem coactiuam habet, non tantum temporaliter: sed etiam spiritualiter propter conscientiam, vt Apostolus dicit Roman. 13. secundum quod ordo prelationis a Deo descendit, vt Apostolus ibidem innuit. Et ideo secundum hoc, quod a Deo est, obedire talibus Christianus tenetur: non autem secundum quod a Deo prelatio non est. Dicitur est autem, quod prelatio potest a Deo non esse dupliciter, vel quantum ad modum acquirendi prelationem, vel quantum ad vsus prelationis. Quantum ad primum contingit dupliciter, aut propter defectum personae, quia indignus est, aut propter defectum in ipso modo acquirendi, quia scilicet per violentiam, vel per symoniam, vel aliquo illicito modo acquiritur. ex primo defectu, non impeditur, quin ius prelationis ei acquiratur, & quoniam prelatio, secundum suam formam, semper a Deo est, quod debitum obedientiae creat: ideo talibus

cundum quod ex actibus vnus virtutis, vel causatur alia virtus, vel conseruatur, & obedientia hoc modo virtutum mater dicitur, quia ad hoc præcepta superiorum ordinantur, vt ad virtutes inducant, præcipiendo ipsos actus virtutum, qui virtutes politicas causant consuetudinem inducentes: sed ad virtutes infusas disponunt: nec dico actum virtutis tantum, qui est a virtute, sed eum etiam, qui est ad virtutem, vel sicut causans, sicut aliquis in peccato morali existens, actum obedientiae habere potest, quamuis obedientia, & alijs virtutibus careat.

pra, quod potestas peccandi, nocendique, non est homini, vel diabolo nisi a Deo. Apostolus autem dicit, quod qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Cum ergo diabolo sit potestas mali Dei ordinatione, eius potestati non esse resistendum videtur. Sed sciendum est, Apostolum, ibi loqui de seculari potestate, s. rege & principe & huiusmodi,

ARTICVLVS II.

b Vtrum Christiani teneantur obedire potestatibus secularibus, & maxime tyrannis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod Christiani non teneantur secularibus potestatibus obedire, & praecipue tyrannis. Math. 17. dicitur. Ergo liberi sunt filij. Si enim in quolibet regno, filij illius regis, qui regno illi praesertur liberi sunt, tunc filij regis, cui omnia regna subduntur in quolibet regno liberi esse debent: sed Christiani effecti sunt filij Dei. Roman. 8. Ipse enim spiritus testimonium reddit &c. ergo vbi que sunt liberi: & ita secularibus potestatibus obedire non tenentur.

2. Præterea. Seruitus pro peccato inducta est, vt supra dictum est: sed per baptismum homines a peccato mundantur, ergo a seruitute liberantur, & sic idem quod prius.

Præterea. Maius vinculum absoluit a minori, sicut lex noua ab obseruantia legis veteris: sed in baptismo homo obligatur Deo, quae obligatio est maius vinculum, quam id quod homo obligatur homini per seruitutem: ergo per baptismum a seruitute absoluitur.

Præterea. Quilibet potest licite resumere, cum facultas adeat, quod sibi iniuste ablatum est: sed multi seculares principes, tyrannice terrarum dominia inuasunt. ergo cum facultas rebellandi illis conceditur, non tenentur illis obedire.

Nullus tenetur ei obedire quem licite immo laudabiliter potest interficere: sed Tullius in libro de officijs, saluat eos, qui Iulium Caesarem interfecerunt, quamuis amicis & familiaribus, qui quasi tyrannus iura imperij vsurpauerat. ergo talibus nullus tenetur obedire.

Præterea. Prime Petri. 2. Serui subditi estote dominis vestris &c.

Præterea. Roman. 13. Qui potestati resistit, Dei ordinationi &c. sed non est licitum Dei ordinationi resistere. ergo nec seculari potestati resistere licet.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut dictum est, obedientia respicit in præcepto, quod seruat debitum obseruandi. hoc autem debitum creatur ex ordinatione prelationis, quae virtutem coactiuam habet, non tantum temporaliter: sed etiam spiritualiter propter conscientiam, vt Apostolus dicit Roman. 13. secundum quod ordo prelationis a Deo descendit, vt Apostolus ibidem innuit. Et ideo secundum hoc, quod a Deo est, obedire talibus Christianus tenetur: non autem secundum quod a Deo prelatio non est. Dicitur est autem, quod prelatio potest a Deo non esse dupliciter, vel quantum ad modum acquirendi prelationem, vel quantum ad vsus prelationis. Quantum ad primum contingit dupliciter, aut propter defectum personae, quia indignus est, aut propter defectum in ipso modo acquirendi, quia scilicet per violentiam, vel per symoniam, vel aliquo illicito modo acquiritur. ex primo defectu, non impeditur, quin ius prelationis ei acquiratur, & quoniam prelatio, secundum suam formam, semper a Deo est, quod debitum obedientiae creat: ideo talibus

Secundus Senten. S. Tho. T. 2. prelatiis

praelatis, quamvis indignis obedire tenentur subditi, sed se-

ad primum ergo dicendum, quod illa praelatio que ad

ad secundum dicendum, quod baptisimus non delet statim

ad tertium dicendum, quod maius vinculum non absoluit

ad quartum dicendum, quod qui per violentiam praelationem

ad quintum dicendum, quod nullus loquitur in casu illo,

ARTICVLVS III.

Utrum religiosi professi teneantur obedire praelatis suis in omnibus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod obedientiam professi simpliciter teneantur obedire praelatis suis.

Præterea. Beatus Benedictus, dicit in regula, quod si praelatus etiam impossibile præcipiat, tenendum impossibile tamen est: sed multo magis tenetur quis ad obediendum in

Præterea. Religio qualibet principaliter tria vota sub-

Francialia habet, scilicet castitatis, paupertatis, & obedientiæ: sed castitatem tenetur omnibus modis servare, & similiter paupertatem, ut nihil proprium habeat, ergo & obedientiam sic tenetur servare, ut in omnibus simpliciter obediat.

Præterea. Inferiori non relinquatur iudicium de superiori: sed si subditus habere discerneret in quo obediret, & in quo non, relinqueretur sibi iudicium de præcepto superioris, ergo subditus tenetur in omnibus simpliciter obedire.

Præterea. Quilibet Christianus tenetur praelatis spiritualibus obedire, si ergo proficientes obedientiam non tenerentur, simpliciter in omnibus obedire, in nullo differrent proficientes obedientiam a non proficentibus, & sic talis professio superuacua esset, ergo cum non sit superuacua, tenetur in omnibus obedire.

Bernardus dicit in libro de dispensatione & præcepto, nihil me prohibeat horum quæ promisi, nihil plus exigat quam promisi: sed non promittuntur, nisi illa quæ sunt in regula, ergo non tenetur subditus in alijs obedire, nisi quæ ad regulam pertinent.

Nullus tenetur ad aliquid, ad quod ceteri non tenentur: nisi secundum quod ad illud ex voto se obligat specialiter: sed proficientes non volunt obedire in omnibus: sed solum obedire secundum regulam talem vel talem, ergo non tenentur in omnibus obedire, & hæc etiam ratio accipitur ex verbis Bernardi, in eodem libro, dicens de hoc. Non parum praelati præscribunt voluntati, quod his qui profitentur spondeant obedientiam: non tamen obedientiam omnimodam: sed determinatam secundum regulam, nec aliam quam sancti Benedicti. Et post subdit. Præfixam praelatus sibi ex regula sciat mensuram, & sic sua demum imperia moderari, circa id solum quod rectum esse constiterit, nec quodlibet rectum: sed hoc tantum quod prædictus pater constituit.

Dicendum, quod est triplex obedientia scilicet indiscreta, imperfecta discreta tamen, & perfecta. Indiscreta obedientia, quæ nec obedientia dici debet, est quando aliquis obedit in illis, quæ diuina legis regulæ contrariantur, quam debet inuoluntate obseruare, vel etiam in illis, quæ contrariantur regulæ, quam professus est in his duntaxat, quæ dispensationi praelati non subduntur, & ad hanc obedientiam nullus tenetur, immo quilibet tenetur eam non habere. Imperfecta autem obedientia, sed sufficiens ad salutem obedientiam proficentibus est illi, quæ aliquis obedit in his, quæ seruare promisit, & non alijs, vnde B. Benedictus dicit. Ceterum subditus huiusmodi obedientiam, quæ voti finibus coherberit non erit imperfecta. & ad hanc obedientiam proficentes obedientiam ex necessitate coguntur. Obedientia vero perfecta est, secundum quam subditus simpliciter obedit in omnibus, quæ non sunt contra legem diuinam vel regulam, quam professus est, vnde ibidem B. Benedictus dicit. Perfecta obedientia legem nescit, terminis non arctatur, non continetur professionis angustijs, largiori voluntate fertur in latitudine charitatis, & ad omne quod iniungitur spontaneo vigore liberalis alacrisque animi modum non considerans in infinitum extenditur, & ad hanc obedientiam nullus tenetur debito necessitate: sed solum ex honestate quadam, sicut tenetur semper emulari carissimam meliora. Quidam tamen aliter dicunt, scilicet, quod obedientiam professi, ex necessitate tenentur obedire praelatis suis, non solum in his, quæ ad regulam pertinent, sed in omnibus, quæ regulæ non contrariantur, siue sint indifferencia siue de numero bonorum, dummodo non sint altiora, quam professio proprii ordinis requirit, sed ad æqualia vel faciliora praelatus cogere potest, etiam si secundum præcepta regulæ non sint. Sed prima opinio est longe melior, quia cum debitum obedientiæ ex ordine praelationis causetur, ad illa tantummodo ex obedientiæ voto subditus obligatur, ad quæ praelatio est ordinata. Ad hoc autem praelationes in religionibus ordinantur, ut status religionis secundum instituta regulæ conseruetur: & ideo in his solum, quæ ad regulam pertinent, debitum obedientiæ causatur. Sciendum autem, quod ad regulam pertinet aliquid dupliciter, vel directe, vel indirecte. Directe sicut ea, quæ in statutis regulæ continentur, ut non comedere carnes, tenere silentium, & huiusmodi.

Circa prin.

In Reg.

Indirecte, sicut ea quæ pertinent ad mutua obsequia, sine quibus status religionis seruari non potest, vel etiam quæ pertinent ad penam transgressionum: & si de eis nulla specialis mentio in regula fiat.

ergo dicendum, quod præceptum Apostoli intelligitur de omnibus absolute, sed de oibus, quæ ad praelationem patris ad filium pertinent, quia in quibusdam, ut Philosophus dicit in Nono Ethico. Magis est obediendum patri, in quibusdam magis duci exercitus, quæ patri, & in quibusdam magis medico, & sic de alijs.

Ad secundum dicendum, quod Beatus Benedictus loquitur de obedientia perfecta, quam omnes obedientiam proficentes ex honestate emulari debent: non tamen obligantur ex necessitate.

Ad tertium dicendum, quod castitas est virtus habens determinatam materiam, & determinatum actum. Similiter & paupertas. obedientia vero habet generalem materiam, ut dictum est, & ideo si aliquis obedientiam absolute voueret in omnibus, esset confusio religionum, quia idem tenetur seruare vnus quod alter: & ideo votum obedientiæ determinatur secundum certam regulam, non est autem simile de alijs duobus votis.

Ad quartum dicendum, quod quamuis subditus non habeat iudicare de præcepto praelati: habet tamen iudicare de actu proprio in his duntaxat, in quibus praelato ex ordine praelationis subditus non est: & ideo non oportet, quod in omnibus obediat: immo necesse est, quod in quibusdam non obediat.

Ad quintum dicendum, quod illi qui obedientiam non profitentur, non tenentur in omnibus obedire spiritualibus praelatis, nisi in illis, quæ pertinent ad regulam quam in baptismo professi sunt, ut scilicet abrenuntiantes Sathanæ, & omnibus pompis eius, & christianam vitam agere proficientes, induant nouum hominem, qui secundum Deum creatus est.

EXPOSITIO TEXTVS.

OST prædicta de consideratione, & c. Ratio ordinis est, quia potentia per actum cognoscitur, vnde de prius de actu peccati determinandum fuit, quæ de potentia peccandi: quæ magis potentia actus naturaliter sit prior. Vtrum potentia peccandi, & c. Videtur debuisse dicere potentia peccandi pluraliter, quia actibus plurimum poterant peccare contingit. Sed dicendum, quod nulla potentia habet, quod eliciat actum peccati, nisi in quantum est voluntas, vel a voluntate mota: & ideo vna potentia est secundum quam primo peccatum inest, scilicet voluntas, vel liberum arbitrium. Mala voluntas non a Deo, & c. Hoc verum est si sumatur voluntas pro actu voluntatis, non autem si sumatur pro potentia, quæ est principium actus: & ideo similitudo nulla est per quam a simili de potentia concludere volunt. Sed pluribus sanctorum test. & c. Videtur, quod probatio Magistri nihil valeat: quia auctoritates sequentes non loquuntur de potentia peccandi, sed de potestate praelationis. Sed dicendum, quod in potestate praelationis, quæ habitualis potentia est: includitur etiam habitualis potestas peccandi, quia propter potestatem praelationis multa peccata praelati facere possunt, quæ non possent si praelati non essent. Per me reges, & c. Quæ sit differentia inter regem, & tyrannum ex dictis in certis articulis primæ questionis apparet. Sed sciendum est Apostoli locum, & c. Vide quod solutio Magistri sit insufficientis, quia superius ostenditur etiam potestatem nocendi quæ diabolus habet a Deo esse: & ita videtur, quod si potestati est obediendum, quia potestas a Deo, quod etiam diabolo sit obediendum. Sed dicendum, quod proculdubio auctoritas Apostoli tantum de potestate praelationis intelligitur: cuiusmodi potestatem supra homines diabolus non habet, nisi in quantum cum eo quasi cædus inuenit, consentientes ei per peccatum sunt serui eius est.

sed hoc pactum illicitum est: & ideo ex hoc non acquiritur debitum obediendi: sed pactum frangendum est. Pactum vestrum cum inferno non stabit. vnde non oportet, ut omni potestati, quæ a Deo sit obediatur: sed potestati tantum, quæ a Deo est ad hoc instituta, ut sibi debita obedientia impendatur: cuiusmodi est sola praelationis potestas. (Contemne potestatem timebam, & c.) Ex hoc videtur, quod sit magis obediendum maiori potestati, quam minori: sed hoc videtur esse falsum, quia in quibusdam magis obediatur vni, quam alteri: & in quibusdam minus: sicut in quibusdam patris, quæ dicitur exercitus, & in

Iam nunc his intelligendis, atque pertractandis, quæ ad verbi incarnati mysterium pertinent: integra mentis consideratione intendamus, ut de ineffabilibus, vel modicis aliquid fieri Deo reuelante valeamus.

quibusdam plus duci exercitus, quam patri, ut in Nono Ethicorum dicitur, ergo sequetur, quod idem eodem sit maior, & minor.

Præterea. Archiepiscopi potestas est maior, quam potestas episcoporum: sed in quibusdam tenentur obedire subditi suis episcopis quam Archiepiscopis, ergo non semper maiori potestati est obediendum magis.

Præterea. Abbates monasteriorum subduntur Episcopis, nisi sint exempti, ergo potestas Episcoporum est maior, quam potestas Abbatum: sed monachus tenetur plus obedire Abbati, quam Episcopo, ergo non semper maiori potestati obediendum est magis.

Præterea. Potestas spiritualis est altior, quam secularis, si ergo maiori potestati magis est obediendum: praelatus spiritualis semper absolueret potestatem a præcepto potestatis secularis: quod est falsum.

Respondeo dicendum, quod potestas superior & inferior dupliciter possunt se habere, aut ita, quod inferior potestas ex toto oriatur a superiori: & tunc tota virtus inferioris fundatur supra virtutem superioris: & tunc simpliciter, & in omnibus est magis obediendum potestati superiori, quam inferiori: sicut etiam in naturalibus causa prima plus influit supra causam secundam, quam etiam ipsa causa secunda, ut in libro de causis dicitur, & sicut se habet potestas Dei ad omnem potestatem creatam: sic etiam se habet potestas imperatoris ad potestatem principum, sic etiam se habet potestas Papæ ad omnem spirituales potestatem in Ecclesia, quia ab ipso Papa gradus dignitatum diuersi in Ecclesia, & disponuntur, & ordinantur, vnde eius potestas est quoddam Ecclesiæ fundamentum, ut patet Matth. 16. Et ideo in omnibus magis tenetur obedire Papæ, quam Episcopis, vel Archiepiscopis, vel Monachis Abbati absque ulla distinctione: potest iterum potestas superior & inferior: ita se habere, quod ambe oriuntur ex vna quadam suprema potestate, quæ vnam alteri subdit secundum quod vult: & tunc vna non est superior altera, nisi in his quibus vna supponitur alii a suprema potestate, & in illis tantum est magis obediendum superiori, quam inferiori: & hoc modo se habent potestates, & Episcopi Archiepiscopi descendentes a Papæ potestate.

Ad primum ergo dicendum, quod non est inconueniens patrem esse superiorem in rebus familiaribus, & ducem in rebus bellicis, sed ei qui in omnibus superior est, scilicet Deo simpliciter est magis obediendum, & ei qui vices Dei gerit plenarie.

Ad secundum dicendum, quod in illis, in quibus magis obediendum est Episcopo, quam Archiepiscopo, non est superior Episcopo: sed tantum in casibus determinatis a iure, in quibus ab Episcopo recurritur ad Archiepiscopum.

Ad tertium dicendum, quod Monachus magis tenetur obedire Abbati, quam Episcopo in illis, quæ ad statuta regulæ pertinent. In his autem quæ ad disciplinam Ecclesiasticam pertinent, magis tenetur Episcopo, quia in his Abbas est Episcopo suppositus.

Ad quartum dicendum, quod potestas spiritualis, & secularis vtraque deducitur a potestate diuina: & ideo intantum secularis potestas est sub spirituali, in quantum est ei a Deo supposita, scilicet in his, quæ ad salutem animæ pertinent, & ideo

Cap. 2.

in his

DISTIN. XLIII.

QVAEST. II.

In his magis est obediendum potestati spirituali, quam secula-
ri. in his autem quae ad bonum civile pertinent, est magis
obediendum potestati seculari, quam spirituali, secundum il-
lud Matth. 22. Reddite, quae sunt Caesaris Caesari, &c. Nisi forte
potestati spirituali etiam secularis potestas coniungatur: si-

cut in Papa, qui utriusque potestatis apicem tenet, scilicet spiri-
tualis & secularis, hoc illo disponente, qui est sacerdos, & rex,
in aeternum, secundum ordinem Melchisedech, Rex regum, &
dominus dominantium, cuius potestas non auferetur, & regni
non corrumpetur in secula seculorum. Amen.

Scripti Diui Thomae Aquinatis in Secuudum librum
Sententiarum Finis.

R E G I S T R V M

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T.

Omnes sunt Quaterniones, praeter T, qui est Duernio.



R O M A E

Apud haeredes Antonij Bladi, & Ioannem Osmarinum Liliotum socios

M D L X X

